Rursus: auet. totumque huius sorbere cruorem.
Totus &(heu bello incumbens) horrentis acerbos
Fert hyemis stimulos/constans. hybernaque (preter

Preter milicie morem. q: mos antiquis fuit hiemis tempore se a bellis retrahere propter multiplices temporis importunitates

Milicie morem) metatus castra: superbit.
Rem constanter agi prudens sed nemo putabit:

Sentencia

Surgentem a vena multum peccante: diuque.
O victrix & fixa/tuum Constancia nomen
Dulce/quot vsurpant fures: Leo denique perstat.

Vsurpant fures. supple obstinationem in vicijs/constanciã appellantes

Et modo sub diuo/modo per tentoria/durum
Miratur tolerare truces se temporis auras:
Atque hyemis dentes (plusque sit moris) acutos.
Oh nihil est grauibus vindicta dulcius aulis.

Sentencia

Aulis .i. principibus seu aulice contentũ pro contento per methonomiã. grauibus .i. superbis

Si (pietate procul iacta) furor iraque mores
Turpiter humanos abigunt. sic ferrea fiunt

Humanos mores .i. hũanitatẽ

pectora. & indutis fit homo tunc durior armis.
Et sese armatus dum spectat in agmine princeps

Princeps. Carolus

Ad solis radios fulgentibus vndique lamis

Lamis. lama lame. vel lamina lamine/quod pene idem est dicitur ferrum malleatum vsui armature vel ensium applicabile seu aptum

(Hunc ratus esse sui splendorem corporis) astrum
Se putat. aut de dijs (nũque mortalibus) vnum.
Mollia nec sentit que sint precordia: ferro
Septa. nec ex abauis sese mortalibus ortum.

Hinc hinc illa amens multorum audacia Regum
Atq; ducum excreuit. que ſe precellere celum
Autumat; in vires quotiens bellumq; coitur.
At q̃q̃ multos animus facit Hectores ingens:
Inueniet ſibi quiſq; ſuum ſemel Hector Achillem.
Vincor & (exclamans) dicet. morienſq; ſuperbum
Incipiet tarde cum vita mittere pectus.
Mallet & inſcribi tumulo/vir pacis amator:
Qꝫ de carnificum Martis grege. Sed tamen vnus
Quiſq; bono ſe iure putat contendere bellis.
O bona pax; celo dea crederis,. attamen aras
Orbe tuas toto pauci venerantur. & inde
Nos fugis. hinc raro quadrant mortalia ſecum
pectora. thure tuum nullo placantia numen.
Ergo/a membranis|ad lamas iura potente
Sunt tranſlata manu. Et qui viribus anteit; ille
Iure valet meliore. licet pretoria ſancte
Aſtree hoc nolint. ſibi lex (qui vicerit) eſto.
Vt ſua pacifico res tuta ſit; vtq; repulſet
Vim probus illatam; natura indixit/amatrix
Iuſticie. hec auibus lex eſt. pecoriq;. deiſq;.
Et vetus hyſtoriam confinxit fabula ſanctam
De Ioue. ſacrilegos qui fulminis igne gigantes
Torruerit; tunc cum pro ſcalis montibus vſum eſt.

Autumat. eſtimat
In vires. in pugnam
Coitur. conuenitur

Sentencia.

Suum Achillem .i. aliquẽ qui eũ ſuperabit. quaſi dicat nemo tam fortis eſt qui fortiorem ſe inuenire nõ valeat. vt patet de hectore fortiſſimo quẽ achilles interemit. in prelio
Mittere. dimittere ꝑ hũilitatẽ

Sentencia.

Carnificum. homicidarum
Vnuſquiſq;. vna dictio eſt/diuiſa metri cauſa

Sentencia.

Quadrant. concordant

Placantia. adorantia

Sentencia.

A membranis ꝛc. legum et canonum iura in mẽbranis ſcripta nunc ad enſes ſunt tranſlata

Pretoria. tribunalia
Aſtree. Aſtrea Aſtrei gigãtis filia pro iuſticia ponitur

Sentencia

Indixit. imperauit

Deiſq;. celeſtibus
Vetus fabula. ſcꝫ poetarum

Gigantes. qui voluerunt inuadere celum ꝛ iouem ab eo expellere accumulando montẽ ſupra montem loco ſcalarum

Bella inceptanti iugulum prebere quis hosti
Eligat: horrificum Martisqꝫ onerare macellum
Lubricus in mortem? Satius ne est/cernere solis
Igniculos dulces. viteqꝫ extendere filum?
Immeritos autem insontes/iniuria lesum
Si qua venit: vltum hanc armis lex impat iri:
Aut tolerat: si non factum satis vltro venitur.
Sed facile est hodie dominos offendere summos:
Quippe quibus mos est/audire/aut cernere / nolle.
Ni quod eos delectat. eos cito cetera turbant.
Omnis & impatiens ad cuiuscunqꝫ volatum
Turbatur culicis. de morsu cuius in annos
Vindicta eternos (& non pacanda) sequetur.
En nimis indulgens irarum fluctibus (vrsa
Acrior & catulis orba) grauis instat Iason
In Lothoringigenas. quos perdere scilicet illi
Est animus. fractosqꝫ fame: succendere flammis.
Sulphure saxa pluit mixto creberrima. quorum
Iugibus/ac duris apprime attacta flagellis
Tecta labant. rupta & murus compage dehiscit.
Grandia sulphureo nam ructans saxa boatu
Ferrea Thesiphone (tanto nam nomine digna est)
Turribus insultat celsis. & menia findit.
Castella/aut vrbes/inimicaqꝫ claustra petentum

Bella inceptanti. quis est qui eligat se iugulandū tradere hosti suo bellū inferēti. q.d. null9.

Igniculos. lumen solis

Venit lesum. lesum. primū supinum huius verbi ledo.

Lex impat. scđm leges vim vi repellere licet

Factum satis. idest satisfactum

Sentencia

Cetera. que audire aut cernere nolunt

Culicis. exigue musce

Iason. Carolus. burgundi enī duces se ab Iasone originē traxisse & ab eo vellus aureum suscepisse dicunt. & est ibi iason triū sillabarum per dieresim ꝓpter metri necessitatem

Pluit. Carolus

Thesiphone. thesiphone furia infernalis est/hic pro machina seu bombarda ponitur

Eſt regum hec clauis.que muro impacta rebelli
Dente ſeram nullo querit.nec peſſula curat.
Vim feciſſe/ſuum eſt.Nempe hac panduntͬ huiſco
Fulminis anfractu/defecte viribus vrbes.
Tormenti genus hoc(vulgo ſi credis)ab acri
Bomborum tonitru nomen vult ferre: latinis
Auribus ignotum.& quod barbara mulceat ora.
Vrbs hoc tota malo/ꝙuis labefacta tremiſcit:
Gens tamen infeſtis nec Nanceiana cateruis
Cedere:nec victas dignatur tendere palmas.
Vulnificus ſed quas aries cum turbine rimas
Efficit horrendo:genus & quodcunqꝫ ruine:
Brachia reſtaurant celeri ciuilia niſu.
Et quaſſa admotis reparantur menia ſaxis.
Atqꝫ fimo/& iacte condenſant aggere terre
Quod fragile eſt: prefecti operū. multoqꝫ coactus
Centurione labor:murorum damna reſarcit.
Actutum & plagis ſurgit medicina: virorum
Tunc ope:feminei Vincentis & omnia ſexus.
Hi mala tot/ferri ac flamme ſibi dulcia/Ciues
Crediderant.ſed ficta prius:iam ceperat illos
Obmordere fames: carniſqꝫ abducere ſuccum.
Nec valet huic princeps cladi ſuccurrere:longis
Sepoſitus terris.ſed mox rediturus in hoſtem.

Eſt regum. Machine ſiue tormenta bellica ſunt regū ꝛ principum claues quibus vrbes et oppida rebellantia ſibi/aperiūt

Peſſula. vectes ferreos

Suum eſt. ad bōbardā ſpectat

Defecte. deficientes.

Mulceat. delectet

Aries. aries inſtrumentum bellicum ſubruēdis muris aptum

Niſu. diligentia

Fragile fractū vel debile

Actutum. velociter

Ope. Auxilio virorum reſtaurantur muri Nanceiani. ꝛ mulierum cuncta vincentium

Hi mala. Ciues Nāceiani hec mala dulcia reputabant. ſed famem quam prius finxerāt burgundis Nanceium tenentibus nunc veram ꝛ grauē ſibi adeſſe ſentiunt.

Facturusq; aliquid: quod nulla oblitteret etas — Oblitteret. deleat

¶ Nonnulli Lothoringie Nobiles Nanceianis a Carolo obsessis/noctu in vrbem suppetias euntes.



Sed dat opem afflicte (vel saltem nititur) vrbi:
Egregius patrie sanguis. qui liber in agris — Patrie sanguis. patrie nobiles
Errabat. castris infestus semper. & hosti — Castris. burgundionum tentorijs
Disperso: aut iusso procedere frumentatum.
Agmine nam noctu facto: sine nomine multi
Ingressi: subeunt vrbem. rebusq; virisq;
Muniuere inopem: quantum fors obtulit atra.
Necdum intra muros Lothoringus venerat omnis:

Disperso. hoc metrum sponda icum dicitur/quia in quinta sede spondeum loco dactili habeat
Frumentatum a frumentor frumentaris. i. frumenta siue farraginem quesitum. Est autem farrago quicquid alendo exercitui tam equorum quam hominum necessarium est
Fors. atra fortuna sinistra

Cum videt hoc hoſtis caſtris vigil.inde tumultu
Accelerant facto Burgi.tardoſq; prehendunt.

Suffron aule Renati p̄fect⁹/capt⁹ a Bur-gundis.

¶In quibus/heu ſocios qui tum cogebat euntes
Vrbis ad auxilium/generoſus nomine Suffron

Prefectus.magiſter domus

Vir capitur:gentis ductor.prefectus & aule

Principis eiecti.Renati

principis eiecti.nec vim parat ille.nec arma.
Febre ſed inualidus longa:quocunq; iubetis
Ire ſequor dixit.vultum nomenq; reuelat/
pallidus atq; tremens.morbo cogente.metuq;.
Cognitus at poſtq̄; eſt:inimici ad principis ora
Ducitur.hinc letus princeps(ſi letus ouante
Eſt animus rabie)totum vomuiſſe furorem.

Furorem verborum.
Viſo milite.ſcȝ Suffrone

Milite narratur viſo.ſed voce ſub iſta.
pendeat.aptaq; det caſtris ſpectacula noſtris.
pendeat.&(laqueo fauces eliſus)ad vrbem

Renatis Lothoringis

Reſpiciens:reliquis commendet bella Renatis.
Augeat his animum.& fructus promittat eoſdem.
pendeat ergo.cibus mea non prius ilia paſcet:
Q; mors iſta oculos(Iuro per numina)noſtros:
¶Fugerat a labijs vox hec ducis.hanc tamen om̄s

Proceres.Burgundionum

Hanc reuocare ſtudent proceres:facundia ſi quas

Ardor.ardens pietas

Dulcis habet vires.ſi quid pius impetrat ardor.
Atq; vno orantes ore:hi reſcindere ſudant

Orſi.incipientes loqui

Iudicium crudele ducis.tunc taliter orſi.

¶ Magne philippeo surgens a germine princeps:
Cuius ad arbitrium vitas mortesq́ dedere
Tam multas superi.non q̄ptum hoc munere possis:
Respicias.Sed quid(qui donauere)volebant.
Nec quantum irato libet: effice.respice quantum
Te decet.atq́ pij mores genitoris honestos
In te transfer:in hoc heres: & verus.& expers
Vindicte.clemensq́ patrem miseransq́ coequa.
En tibi materiam prebet miserandus:& armis
Infelix Suffron.tibi quem fortuna ligatum
Flexilis/hic offert.& nos castigat in isto.
Nosq́ facit pauidos ad cuncta pericula:captis
Si nullo redimi precio licet.Eripe nobis
Huius dona spei:quid in armis dulce relinquis?
Nil/nisi mortem ipsam. q̄ si hec est premia seruis
Certa bonis:fortes nullo sub principe queras.
Milicie atq́ domi/dominoq́ ad cuncta fidelis:
Debuit officij nihil is tibi.nil tibi pacis.
Nec tibi seruisset nisi tunc suspectus.& eius
Tunc mutilata fides.nulli & laudanda fuisset.
Si bene laudamur tibi qui seruimus:an iste
probra necem ve feret:si(quod nos egimus)egit?
pro patria armatus:quid culpe admisit in armis:

Caroli p̄ceres cū p̄ Suffrone rogātes.
Philippeo germine.idest philippi patris tui
Ad arbitrium.ad voluntatem.
Hoc munere.hac potestate

Sentencia.

Expers.nescius

Patrem.qui clemens & misericors fuit

Flexilis.mutabilis

Hec.scilicet mors

Fortes.i.audaces sic Suffron

Domino.Renato

Is fidelis.scz Suffron

Pro patria sua

Si domino ſeruire ſuo: & donare Lothringis

Manc. ſcz opem

Eſt inuentus opem? ſcelus (hanc non ferre) fuiſſet.
Eſſet & opprobrium non excuſabile linguis:
Si tibi (quem domino debet) daret iſte fauorem.
Reſpuit hoc virtus. ſeruire fideliter auſum
Reſpice Suffronem: quem tanta exculpat honeſtas.
Hoſtis erat: dices. nunc ſeruus iure. fatemur.

Leonem / ferocitatem

Belli iure tuus. Sed tu depone Leonem:
Interdum humanus. capto & miſerere precamur.
Et miſerere tuis. Quid ſi tam nobile / morti
Tam fedę des corpus? erunt quo iudice noſtra

Ne. Numquid
Mars. Jus belli

Tuta? ne nobilibus debet Mars hoſtibus vllum
(Cum victos ſuprema rapit via mortis) honorem?

Turpiſſima / ſcz ſuſpēdium vel patibulum
Quorſum / ſupple euadet vel ibit
Quod. id eſt quale
Surgit. reſultat

Mors equites ſequitur ſi tam turpiſſima: quorſum
Nobilium fulgor? ſic das pro funere funem
Magnifico? quod te ſurgit cenſore ſepulchrum?

Bonum dictum
Torquatus. i. torque inſignit*
Eſt autem torques cathena aurea qua milites ſiue nobiles inſigniuntur
Exgrex. non de grege communium ſed ſelectus
Lixa. vilis homo cuius officiū eſt aquam baiulare ſiue veſtes abluere

O dij immortales: ſi vir torquatus & exgrex
pluſq̄ lixa nihil iuris ſibi vendicat: eger
Ordo iacet / falſi tum plenus honoris / equeſter.
Tolle metum a nobis: trepidus quem ſuſtinet iſte /
Iſte vir egregia virtute & ſanguine clarus.
Dedecus & tolle hoc: equa quod mente timemus.
poſſumus arte capi ſimili: qui multa Renato

Damna graues damus. & plusq̃ satis importuni
Cui si/mancipia & seruos nos fecerit hec sors
Que premit hunc equitem: crucibus sentēcia dignos
Fert tua nos. mortem & nos hanc speramus eādem:
Quam decernis atrox (& non humanus) in hostem.
Hunc poteras captum conflictu perdere in ipso:
Dū calor arma recens mouit: postq̃ arma quiescūt:
Hunc dannare neci: durum & crudele vocamus.
Vincula captiuum teneant. & carcer. & Argi
Lumina peruigilis. dura ac in carcere compes.
Viuat & imbellis. sed mox vt idonea poscent
Tempora: se redimat (non mortuus) auro.
Et mulcta (non morte) luam vir placet aloen.
Hoc abs te oramus cuncti: per fortiter arma
Gesta diu pro te o princeps. posthacq̃ gerenda.
perq̃ domi vxores parua cum prole relictas:
Que reditum expectant egre/nostrumq̃ tuumq̃.
Tum per spē quā firmus habes: per vimq̃ fidēq̃
Ju diuo Andrea: nostro hoc te frange precatu.
❡Omnis ob ingenuum/magnatum turba Suffronē
Ante ducis proiecta pedes: hoc dulce rogabat
Munus. At is scopulo par (immotusq̃) marino:
Obstat. Et orantum pia non pius obstruit ora.

Damna graues. i. onerosi. hoc metrum spondaicum dicitur eo q̃ in q̃nta sede loco dactili spōdeum recipit

Argi. Argus secundū poetarū historias /pastor fuit qui centū oculos habebat

Imbellis. ab armis quiescens

Mulcta. pena pecuniaria de q̃ dicūt leges mulcta dannum fame non irrogat

Aloem. i. amaritudinē. aloe enī genus arboris est radicis amarissime/ vnde hic p̄ animi amaritudine ponitur

At is. Carolus durus ꝛ inmobilis tanq̃ saxum precibus procerum pro Suffrone rogantiū manet inexorabilis

Atqȝ ſono rurſum horrendo crudelia firmat
Iuramenta.minaſqȝ addit.penamqȝ.precantes
Que feriat:ſi quis poſthac contrarius inſtet.
Litore.tortore — Adductoqȝ iubet curſim Litore:parari
Inter caſtra.inter tentoria Crucem.patibulum — Inter caſtra crucem.peragunt mandata miniſtri
Inuiti.pietas hos/heu lachrimoſa/gemenſqȝ;
Impediebat.erantqȝ pares pietate cohortes.
Hoſtis et ad lachrymas cunctos flectebat.eratqȝ
Ille cruci appropians ductu litoris;in iſtam
Suffron ad Carolũ / vt ei parcere velit — Dum vocem irrupit.princeps mihi Carole/prĩceps
Carole/parce.tuus Fortune munere fio.
Illa.fortuna — Hanc dedit illa animam(ſi vis)tibi.ſed pius vſum
Iſtius concede mihi.paucoſqȝ ſenecte
Seruus.factus tibi — Tu noſtre concede dies.hec obſecro ſeruus.
Sin aliter:morior felix.qui crimine vixi
Non alio aſperſus:niſi ꝙ pia iugiter arma
pro domino geſſi.ꝙ non te(fictus)amaui.
A me/tolle tamen/tolle hec ſuſpendia;claros
Neſcitura.quia iniuſtum eſt vt nobiles ſuſpendio extinguitur Veſtris.ſcz Burgundionum — Neſcitura viros.Capior:non latro.nec armis
proditor in veſtris.ego iuſtus miles.& hoſtis
Iuſtus.& huic laqueo ſolus me Carole damnas.
Q, patria morior pro noſtra & principe:mortis
Lenit amarorem noſtre.ſed abominor huius

Triſte trabisſpeculũ.& turpis me hec machīa terret. Speculum.viſionem Turpis machina. ſcȝ patibulũ
Oro/genus necis hoc/mihi trãſfer.honeſtior enſis
Amputet hanc nobis ceruicẽ.aut proximus is me
Murtha bibat fluuius:bibere hunc ſi neſcio totum. Me bibat. abſorbeat
Letus & accipiam porrecti larga veneni
pocula.Socraticum nec formidabimus hauſtum. Socraticũ.i. Socratis/qui apud athẽas hauſtu veneni interijt
Mortibus & tantis/clementia deſtinet vni
Me tua.Non mortem fugio.verum horreo turpem.

Suffron precepto Caroli laqueo ſuſpenſus



Talibus implicito verbis Suffrone;ſceleſtus
Carnificem(excelſum ſcalis cum milite)princeps

Increpat.atq; moras eius:qui voce/manusq;
Admonitus signo est oranti abrumpere vitam.
Iussa coactus agit:merens.Equitiq; petenti
De nulla veniam culpa:summoq; deorum
Commendati animam:atq; Renate Renate vocãti:
Rupit iter vite.& scalis hunc trusit ab altis.
Vita fugit:flentum gemitu sociata cohortum.
Et moriens:medio se librat in ethere miles

Portendit. simili monstro seu monstratione ostendit et denunciat aut minatur

pendulus.ac mortem multis portendit eandem.

Autoris v̄ba ad Carolnm.Suffrone suspenso.

¶ pasce tuos princeps nunc crudelissime:pasce
pasce oculos.mentemq; tuam.viuusq; vidensq;
Contemplare necem hãc.oculos iam respice clausos.
pallidaq; ora.caput fessum.constricta capistro
Colla.manus vinctas.pendentes ponderis artus

Et scribe. hyronia est

Corporei.& scribe hunc tibi de Suffrone triũphum.
Non meliore quidem fato moriturus:habeto
Hanc laudem.exulta crudus de morte bonorum.
¶ Mortuus ergo animam celo vt sufflauit:ab alto
Carnea tollitur hinc moles/iam frigida/tigno.
Tum prece donatum deportauere cadauer

Crudele munus. q̃tum ad Carolum et pium q̃tũ ad corpus

Vrbicole tristes.hinc tam crudele piumq;
Munus/& exequijs:sacre donatur & edi.
Inde sepulcratur.fletur.dimittitur.vltum

Hunc. Suffronem

Itur & hunc.celeri(sic vrbs vult mesta)volatu.

Et ſua rimantur ciues ergaſtula. vinclis
Compedibuſq́ adimunt & clauſos carcere Burgos:
Quos multos/duris dederat fortuna cathenis.
Eductoſq́/vrbis muro attraxere. gulamq́
His fregere. foriſq́ ad propugnacula nectos
Appendere omnes: trabibus trans menia fixis.
Nec generi parcunt. ſit quiſq́ vilis an alti
Sanguinis: hoc par eſt. multi interiere ſereno
De partu geniti. quos non illuſtre redemit
Nomen. & in caſſum cumulati copia nūmi.
Triſtibus/atq́ inter moriendum talia queſtis
Qua morimur cauſa: ſic reſpondere Lothringi.
Has Suffroni animas debetis. abite ſequaces
poſt illum. & ſimili iam claudite lumina fato.
Nec meruiſtis enim vili hoc effundere vitas
Supplicio. at ſi turpe aliquid pro morte ſubitis
Suffronis: veſtro grates agitote Leoni/
Ac domino. ſeruo ve: truci cum ſeruiat ire.
Immanis vos ille necem dux mittit in iſtam.
Non nos. nulla vtinam nos hic exempla vocarent.
Nolentes: operi dextras huic tradimus. ille
prefecto in noſtro vos heu damnauit. eumq́
De trabe pendentem miſit quo vaditis. Ite.
per quod iter noſtros docuit dux veſter abire:

Et ſua rimantur. poſt Suffronis necem/ Ciues Nanceiani quotquot Burgundiōes in vinculis habebant/muro et trabibus ſine mora ſuſpenderunt in vindictam Suffronis

Nectos. ideſt necatos

Hoc par eſt. idem eſt
Sereno. nobili

Queſtis. conquerentibus
Reſpondere. reſponderunt.

Sequaces. ſequentes

Domino. ſeruo ve. quaſi dicat potius ſeruo q̄ domino. cum ſit paſſionum ſuarum ſeruus ⁊ nō dn̄s nec iracūdie ſue imperans

Exempla. ſuſpenſi Suffronis a Carolo

Prefecto in nr̄o. ſcʒ Suffrone.

Noſtros. ſcʒ Suffronem.

Vadite parcentes nobis.hec dicere/ciues
Desierant:turbata suos cum castra ligatos
Viderunt socios:qua mento guttur inheret.

Castra. Castrenses burgūdi.
Ligatos. ad menia suspensos

Carolus & videt hos oculis quibus(hei mihi)nuper
Suffronem aspexit.seu viuum/siue cadentem
Sub laqueo. meritos vindicte energia plectit.
Ergo videt princeps.quem nunc pallorq; ruborq;
Alternum variant.tristemq; fatentur.& vltra

Energia.i.efficatia vel operatio vindicte punit illos qui meruerunt
Princeps.scz Carolus. videt supple suspensos

Q̄ plaga ostendat:largo renouata dolore.
Atq; viam vt voci vix iracundia fecit:
Et dolor: O(dixit) me me hec iniuria iustum
Hic hodie vltorem(non cras)queratq;.feratq;.

Feratq;.patiatur

Hec ferus vt dixit:turmasq; in prelia mouit:
plena cadaueribus princeps heu menia multo
Cum Cyclope(dei similis)tunc concutit omni
parte tonans.repetitq; suas a fulmine vires.
Et murum feriens:cum muro obtundit amicos:

Cadaueribus. suspensorū burgundionum
Multo ciclope.i. vulgo bōbardario.
Dei similis.ob imitationem tonitrui.& vtroq; modo latine dicimus dei similis & deo similis.
Amicos.suspensos muro

Sentencia.

Quos petit vlcisci.O cesos occidere/seuum est:
Atq; nouum.Ridet vanos gens ciuica nisus.
Nobilibus nam iuncta viris fida agmiua plebis:
Hic vrbem/patriamq; suam defendere/iunctis
Viribus:inq; ferum cōiurant ire tyrannum.
Atq; prius quecunq; pati crudelia:mortes
Et quascunq; prius:proprioq; occumbere ferro:

Qꝫ burge imperium gentis/nomenve ſubire.
Et timor ex vrbe hac fugit erutus.atqꝫ malorum
Mole repercuſſus crebro:calloſior eſſe
Iamdudum inceptat durus poſt verbera ciuis
Longa.velut ferrum/quod fabri obduruit ictu.
Et licet exiguam hanc grandis circũſtrepit vrbem
Armorum atqꝫ hominũ late furor:hec tamẽ armis
Et clauſa & confiſa ſuis:parui eſtimat hoſtes:
Iam ſecura ſui.captu opportuna nec illis.
Sic aliquis medio tutum venator in aruo
Spectat herinacium:quando(ſpinoſus)ab omni
Ore canum/ſeſe paruum defendit:& vnum.
Ipſe/hoſtes contra multos/immobilis:armans
Cuſpide ſe/pluſqꝫ decies centuplice:pellem
Spinigeram obiectat.plenum curuatus in orbem.
Et totidem telis circundatur vndiqꝫ:ſcabra
Quot cute fert villos.protectus membra:caputqꝫ.
Nec niſi vulnificas acies defenſor/acuſqꝫ
Hoſtibus exponit.quos/qꝫuis preda guloſos
Inuitet latitans:metuentes naribus:ora
Hinc retrahunt.quis ſola putat ſibi vulnera lucro?
proſpicit ergo/canũ turba hec ſibi.& inde reuerti:
Conſilium eſt.ringuntqꝫ procul:latrãtqꝫ remiſſis
Inter crura(metu)caudis.luſiqꝫ recedunt.

Erutus.expulſus
Mole malorum.i.pondere
Calloſior.durior

Velut ferrum.ſicut ferrum aſſidua malleatione durius fit ſic Nanceiani longa bellorum vexatione ad reſiſtendum burgundis obſeſſoribus duriores erãt

Nec opportuna.i. non opportuna ſed difficilis

Comparatio

Vnũ. ideſt ſolum cõtra multos canes

Acies.i acumina ſpinarũ ſuaꝝ
Acuſqꝫ.ideſt ſpinas ſuas

Sentencia.

Luſiqꝫ.i.eluſi ꝛ decepti

Itidem.similiter

Vrbicolas itidem modicos exercitus ille
Longus obambibat.sed nec se adiungere muro:
Nec scalas audet.telorum tanta tegebat
Vis/vrbem/& ciues:eadem post tela latentes.
Oraq; mille patent subitum iactancia fulmen:
Que totos(q̄q; validos) a menibus hostes

Abducere.remouere

profugere admonitant. aut clam se abducere morti.
Castra tamen Burgis remanent imota.famemq;
Vrbanam expectant.spectantes menia bello
Non capienda.sed hec vltro ventura sub ensem.
Non ea mens clausis.inopi sed prelia victu

Donec.q̄diu
Hinc aber.t.i.abfuerit

protrahere intus auent.hinc donec certa Renatus
Spes aberit.nec opem desperauere propinquam.

Chartis.i.per epistolam
Caput.renatum

Sed consilia/suum calamo chartisq; requirunt
Membra caput.reditumq; ducis tardū esse querunt.

Tum metuunt.supple de infidelitate nuncij & hostiū insidijs

Tum metuunt.neq; em̄ tunc internuncius illis
Queritur hanc ad rem solus.nec sufficit vnus

Leua ingenia.idest sinistras et malas fraudes clientum.i.seruorum siue nunciorum
Coruos. hic per coruos loquaces/notantur secretorum proditores/qualis fuit fortunatus quidam nomine/qui ex vrbe clam exiens burgundis vrbis secreta prodidit/postea autē fato q̄dā in manus Lothoringorū quos prodiderat incidens/patibulo est additus
Secutum.i.obsecutum.digna se.i.proditione sua scʒ patibulū.

Insidias contra hostiles.aut leua clientum
Ingenia.O coruos quot nutris aula loquaces:
Vt Fortunatum taceam:se digna/secutum:
At fido hic opus est intercursore:gerenda
per medios qui cuncta ferat(clandestinus)hostes.
¶Nam Rheni ripas traiectus vtrasq; Renatus
Magnanimus iuuenis:primeq; virilia barbe

Signa gerens:ſocios ſimul auxiliaria ſupplex
Arma rogat.gentem meritis mercatus.& ere.
Gentis & Heluetice florem/fortiſſima bello
pectora ſollicitat.patrie & poſt terga relicte
Conſulit extorris.nec tunc ſibi creditus exul.
pulſus enim princeps patria non exulat:illam
Qui(rediens)victor/occiſo liberat hoſte.
Huc vigil aſpirat princeps.felicia nactus
Fata:quibus faciles inuentu/conflat amicos.
Atq; bonum paucis inueſtigabile/precox
Virtute(at ſolidis nondum tamen integer annis)
Dnx duce fortuna:mentis complectitur vlnis.
Nam quid amicorum theſauro/ditius? aut quid
Maius? at heu paucis ſeges hec adoleſcit in agris.
Sorte Renatus in hac reſpirat.& ipſe
perleta ſe fronte gerens:curaſq; doloreſq;
Occulit.atq; humeris pondus graue ſuſtinet egris.
Armaq;(dijs fretus iuſtis)dextraſq; precatus:
Digna duce illuſtri/peregrine federa genti
Iungit:inops lingue.ductis interprete verbis.
Difficilem facile eſt ſic rem ſortitus: amarum
Huic nuper populo quoniam ſe Carolus hoſtem
Fecerat:impatiens pacis.ſibiq; inquies ipſi.
Hucq; accedebat: q Morathenſibus aſper

Socios rogat ꝛc. ideſt rogat q velint cum eo confederari/ꝛ ſibi auxiliaria arma preſtare
Meritis/ propter bellum Morathenſe in quo affuit cum eis
Ere/ideſt precio conſtituto

Sollicitat/ſupple ad paciſcendum fedus cum eis

Conſulit/prouidet
Extorris/expulſus
Sibi id eſt a ſe/ quia ſine cauſa expulſus erat

Huc.ad hanc rem
Felicia fata . bonam fortunā in Morathen̄.bello.
Conflat.in vnum colligit

Atq; bonū.ꝛc.i.Renatus pcox ideſt maturus virtute licet.ꝛc. complectitur vlnis.i. brachijs mētis/bonū inueſtigale. i. reperibile a paucis.ſcilȝ amicorum acquiſitionem

Sentencia.

Peregrine genti. i.lingue incognite
Inops. ideſt lingue germanice ignarus

Sortitus.ſcȝ Renatus

Princeps/Carolus

Et grauis/inferret dum princeps bella: Renatus

Illis/Morathensibus

Illis se comitem ac ductorem adiunxit. Et agro
Depulit Heluetico Burgos hoc Marte fugaces.

Ferriciden/Renatum/patronomicum a Ferrico patris nomine deriuatum

Hoc Ferriciden palme decus extulit. Ex quo

Gens hec/scz Helueti

prompta/duci tanto gens hec par reddere curat

Iuri/ducis Renati

Obsequium. & vires oppresso impendere iuri.

Cum quibus heluetieis
Facinus/hoc nomē facinus in bonum vel in malum accipitur scđm adiectiua quib⁹ adiungitur vt honestum facinus indignum facinus
Gens germana/alij alemanni

Cum quibus/in facinus sponte hoc cōiurat honestū:
Gens Germana. virosq; legūt tūc oppida/& vrbes:
Qui fractum mox robur eant: quo menia cingi

Ius nutrit. fauet iuri & eq̄tati

Nanceiana dolet: quisquis ius nutrit/& equum.

Sentencia
Fortes/scz Helueti
Leso/Renato
Incolumes. bello felices

Iure fauent fortes leso. properantq; mederi
Egroto incolumes. ac dextre fortis amico.
Adde q̄ armatum in cunctos/omnesq; paratum

Ducem hunc Carolum

Res turbare ducem hunc: ardebant Theutones vltro
Rumpere. & a toto suspectum auertere Rheno.
Tantum hostem/atq; noue semper telluris auarū:

Vicina castra/in vicina terra scz Lothoringia

Esse procul mallent. quem nunc vicina mouentem

Citi/prompti

Castra/citi exoptant alieno extinguere sumptu:
Dum se iusta offert sperate occasio pugne.
Deniq;/quicquid apud Morathū/quicquid apd' ve
Grandisonū/prede victori obuenerat: istis
Spem dabat ad multo maioris bella rapine.

Relliquias. quicquid reliquū erat ducis Caroli

Relliquiasq; ducis gemino iam Marte fugati:
Mente petunt tota. pacem per bella petentes.

Tam multis igitur causis se(leta)ligarat
Depulso Rhenana duci concordia. que tunc — Depulso duci. Renato
Approperare; & opem oppresso cõferre. beatam
Seq͂ loquite cunctis hostem si prima feriret.
Peius agit armis/armorum languor. habenda
Est vbi lis. bellum segni distendere cuncta: — Distendere/protrahere Cuncta/mora Quasi dicat. per inducias & belli dilationem sepe partibus plus damni aduenit/q̃ per arma
Nunquid id est gentem patriamq͂ adducere lento
Verbere/ad infandas cum paupertate ruinas?

¶ Nonnulli Heluetiorum & Germanorum/in flumine Rheno naufragati. illis in auxiliũ Renati aduersus Carolum euntibus.



¶ Ordine tota suo dum res digesta putatur:
Adueniensq͂ acies dum trasrhenana pararet — Acies. exercitus Germanorum

Et velo & remis latum transmittere Rhenum:
Letantes fortuna viros tristissima terret.

Legata. idest missa
Fato. fortuna

Et tanq̃ hec fato veniat legata sinistro:

Accictos. i. paratos ad iter scz heluetos siue germanos

Accinctos ad iter/damnoq̃ metuq̃ retardat.

Rates. idest Naues

Nempe rates medio(nec eo plus)gurgite nabant/
Optatamq̃ ad ripam:cum tunc(nec mẽtior)vna

Orba. destituta base. i. fundamento

De multis/& plena hominũ/male naufragat:orba

Sentina. inferior tabula nauis

Base.latus grauis hic sentina reliquit vtrumq̃.

Membra. scz Nauis

Atq̃ suo dissuta loco pre pondere membra:
Fessa oneri cedunt.descendunt corpora: fluctu
Non ferro casura.manusq̃ ad fragmina iactant
Longa viri.& querunt(si qua est sine naue) salutem.
Clamat opem:tabulisq̃ heret pars multa solutis.
pars trabibus.manus hec costas rapit. altera cõtum

Contum. idest pticam qua nauicula a ripa in aquã impellit.

Dextra.nec assuetos/tunc laxat nauita remos/

In stigia. idest infernali nisi in celum transeat

In stigia naturus aqua:nisi sydera tranet.

Malo. idest arbore nauis

Ast in velifero ponebant plurima malo

Torpida. pigra z põderosa corpora.

Corpora spem.pendentq̃ diu.tum torpida/fundo
Fluminis accedunt:bibule pre pondere vestis.

Assistens. hyems

Et morti assistens: digitos horrenda tenaces
paulatim dissoluit hyems/his vltima nautis.

Ultima. quia aliam hyemẽ nõ erant visuri

Tum madida impediunt multos hic vela. rudentum

Spire. reuolutiones. rudentuz idest funium nauis

Hic etiam spire: & curuata volumina multos.
Confidunt alij palmis & brachia celo

Debita/miſcet aquis; qui nandi gnarus . inerſv e eſt.
Si qua coaxanti gens ore reclamat ad aſtra ;
Impedit vnda ſonum. & mortē cū fluctibus haurit :
Quiſquis opem poſcit.ſic vitam accire: moriri eſt .
proficitur clamore nihil.Nam pugnat in iſtos
Et fluuij rabies & frigoris.Et quis aquarum
Vorticibus tantis(niſi qui par eſt piſcibus)obſtet ?
Eſſe hominem nihil hic prodeſt.nandiq; peritum.
par ſocios fortuna viros conſorbet.eunt q;
Quo meruere omnes. in celum(vt credo)ſupnum.
In chaos & ditis/per terras itur:& vndas.
Sed refert qua mente gerit quis prelia.felle
An pietate.etiam lucri ne/an pacis anhelum
Fert iecur.armatam patitur vim miles:an infert.
Hec diuerſa viam ſecernunt vota:biſulco
Tramite.& ad penas humani/ aut premia currunt ;
pythagorea ſuam ceu pingit littera furcam.
¶Hac ferus euerſa Rhenus rate/terruit omnes ;
Quos ab aque tanto exemit ſors dextra voratu.
At morientum aliquis/digito(non ore)locutus
Inter aquas:potuit verba hec inſcribere harenis.
Abſorbemur aquis; quas abſorbere bibaces
Spreuimus.hic perdis nobiſcum nauita naulum.

Debita celo. que ad celum leuare debebat ad deū reclamād

Coaxanti admodum ranarum.

Accire. vocare vel querere
Moriri. a verbo morior quarte coiugationis. Sic apd Ouidium li. Metha. xiiij. Morteq; timens cupiensq; moriri

Vorticib⁹. ideſt reuolutiōibus

Sentencia.

Inchaos.in tenebras ſiue tenebrarum cōfuſionē/ditis.i.plutonis dei infernalis. ſ.in infernū

Sentencia.

Felle.ideſt ira

Armatam.i. an patiat vim vel an inferat

Sentencia.

Pythagorea lr̄a.ideſt.y.greca que dr̄ lr̄a pythagore.i.illi⁹ phi loſophi & humane vite tenorem deſignat/nam ſurſum aſcendendo pars dextera ipſius viā virtutū ſignificat. p quā itur in celum/ſiniſtra vero viam viciorū per quam itur ad inferos

Naulum. premium.vecture

Omine turbato. euētu sinistro: siue fortuna sinistra
Mouet. conturbat

Hec ergo infausto turbatos omine multos
Res mouet. atqꝫ ducis partes damnare Renati:

Iratum. contra Lothoringos
Qui deus

Dicunt velle deum iratum. qui flumina ceptis
Obijciat rebus: quas insons iure pararet.

Quas. res
Insons. innocens Renatus

Ast alia est alijs sentencia. namqꝫ volebat
Hanc tacitus rumor nauem compage solutam

Numinis. idest dei

Non casu. lesi nec vindice numinis ira.
Verum fraude. doloqꝫ: homines hucusqꝫ latente.

Variante. scz dolo. linguas hominum diuersimode de hoc loquentium

Atqꝫ hucusqꝫ hominum linguas variāte loquentū.

Sentencia.

Egra. non firma
Dato scel⁹. ꝛc. suspitio fuit vt nauis ista dolo ꝛ auro ieriecto perierit dicentibus nostratib⁹ laicis. Il nest riēs (auarice vergent) quon ne face pour de largent

Quo nos egra rapit rerum suspectio: iustum
Non est ire. dato scelus (heu) tamen omne fit auro.
Quo rem cunqꝫ voles dubiam trahe. Saucius autem
Tristicie gladio/ subitaqꝫ hac clade Renatus/

Ad omnis. i. omnes

Ingentis princeps animi nil questus; ad omnis
Firmus adest casus. fortune spretor inique.

Illum. scz diuum Andreā quē Burgundi in bellis auxilio acclamare solent

Dijs bene confidit. q̄p̄ q̄p̄ e celestibus/ illum
Suspectum metuit: quem (pro tutore vocandum)
Omnibus insurgens bellis/ Burgundio prefert.

Diuum. i. deorum. propter diuū Andream

℄ Sic diuū atqꝫ hominū dux sustinet arma Renatus
Atqꝫ hebetes lepida affatus grauitate; benignis
Solatur verbis socios: & principe dignis.

Pondus. grauitatem

Et voci adiecit pondus. mestamqꝫ venusta

Polit. i. ornat

Fronte polit mentem. q̄uis archana recentes

Et tecte introrſum mordent precordia cure.
Exhilaratqꝫ omnes vnus. Compoſqꝫ procellas
Ipſe animi lenit triſtes. turmaſqꝫ ſerenat.
Has nam deſes habet languor. quibus anxia ſiſti
Infectum mens ſuadet iter. vireſqꝫ colore
pallidulo oſtendunt quaſſas. velut impia notas
portendant hic fata minas. mortemqꝫ perhorrent.
Sed grauis hos q̃ꝗ dolor opprimit: oris eoſdem
Dux virtute leuat. tenera qui fronte decorus
Arma amet. Et turpis quem non laſciuia mollem
Fecerit. at contra/reddant aſperrima durum.
Comis & illius timidos induſtria fortes
Fecit. & incipiunt (qui nunc timuere) timeri.
Et rugata alacri permutant tedia vultu:
Ad ducis aſpectum/pre ſe nil triſte ferentis.
Taliter illetum meſtis procedere terris
Sepe diem conſtat. tunc cum nebuloſior atrum
Auſter agit celum. lucemqꝫ inceſtat opacus.
Carneus hanc hominum ſenſus ſe ferre fatetur
Triſticiam nubis. Sua tunc & corpora cuiqꝫ
Sunt oneri: donec flans ſpiritus inquinat auras.
Flammeus at ſi quo ſua tollit cornua caſu
phebus: & auratos vibrat trans ethera crines:

Tecte. latentes cure

Unus. i. Renatus
Procellas aduerſitates

Serenat. letificat

Has. turmas

Portendant. preſagiant ſeu vaticinantur
Oris virtute. induſtria affabilitatis

Mollem. effeminatum

Aſperrima. i. aduerſa durum. i. conſtantem et magnanimum

Comis. faceta

Rugata. Rugis vultus deſſegnata

Comparatio.

Inceſtat. corrumpit

Inquinat auras. obſcurat aeris ſplendorem

Indicit.imperat
Ipſe fugam nigris indicit nubibus:ore
Deturbataſq;. ideſt expulſas ab ipſo ſole.
Relegat.in exilium mittit
Lucifero. & turpes deturbataſq; relegat.
Fedarum & terſa rerum caligine:puros
Spe.leticia
Inſpirans mundo radios:ſpe ſecula ditat.
Animalem.ſpiritualem
Et terre arridens:animalem a pondere partem
Sopitum tenebroſum
Corporeo releuat.ſopitum & ſuſcitat orbem.
Sic pius attonitos ſubmerſe ob damna carine:
Vegeto.integro.& alacri
Peſſum.ſub pede
Dux vegeto refouet vultu.proſtrataq; peſſum
Ignit.inflammat
Vredine.i.deſiderio
Corda/ad atrox animat bellū: Et Mauorti' ignit:
Prurit.accenditur
Sepe licet victus.belliq; vredine prurit.
Iuſticia telis ipſum hunc armante tremendis.

¶Nanceidos liber Tercius finit.

¶Io.Baſini Sendacurij.Quarti Nanceidos libri Argumentum.

NVncia Quartus habet tardanti miſſa Renato/
Q̃tum dira fames/& q̃ fera/Nanceianos
Torqueat obſeſſos narrantia:promptior illis
Vt veniat:releuans belloq; fameq; grauatos.
Helueta reſcriptos conducta vt turba libellos
Audijt vrbanos:qualeſq; in menia victus;
Tum moti pietate:ſimul tunc atq; furore:
Sponte ſua/promptis ſuccurrere viribus ardent.
Interea vt ſperent/durentq; ad fortia:princeps
Aduentu celerem ſua ſe per nuncia ſpondet.
Que gerulus poſtq̃ porrexit:narrat in vrbem
Ipſe per eluſos penetrauit qualiter hoſtes.
principis accepto volucri certoq; recurſu:
Leta fit vrbs:caſtris contra merentibus inde.

¶ Nanceidos liber Quartus Incipit.



Egis at interea Franci
galeata ſedebat
Ad Mopſe ripam legio.
que pulchra; Leoni
Spem dabat. at falſam:
q̄ꝑtum vulgaris habebat
Cōiectura. bono ſua Regi archana relinquo.
Si conſanguinei hunc talem nouere. duceſq;.
Forte erat huic animus legioni ad prelia neuter/
Equaliſve. tamen Lothoringis illa timori
Gens erat. & late Barrenſem ſparſa per agrum.
Fama fuit Burgo de principe: gentis & eris
Q; tunc eſſet egens. nec gentem ac gr̄a roganti
Reſponderet ei tellus a patre relicta.
Nullarum ergo illi rerum (niſi frigoris) ingens
Copia. & inde ſuam cognorunt caſtra nouercam
Eſſe hyemem: cādente niuis tunc vellere tectam.
Firma volucrigeri virtus ducis/ hoc erat inter
Tempus/ amans belli: & nullis exterrita rebus.
Atq; animo hoc ipſum toto deſiderat acer
Ille globus gentis: Rheno corraſus ab amne.
Neue piger tardet veloces torpor: acutum

Regis Franci. ſcz Ludouici hu-ius nominis vndecimi

Galeata. armata

Mopſe. Mopſa fluuius ē/ qui corrupte Moſa dicitur.

At falſam. ſupple ſpem

Bono regi. autoris verba que per yroniā dici videntur ꝓpt̄ hoc quod ſequit̄. Si conſanguinei. ꝛc̄. vbi autor videtur velle exponi Si pro non

Neuter. ideſt indifferēs ꝛ eq̄lis ꝑ vtroq; ex Carolo ꝛ Renato.

Barrenſem agrū. Barrenſem ducatum

A patre tuo Philippo

Nouercam. inimicam

Volucrigeri. portāt volucres in vexillo. ſcz Renati

Hoc ipſum. ſcz bellum

Globus. Germanorum

Veloces. germanos

Calcar acutum. vehemens ardor ad bellum
Cunctis. germanis

Calcar/adest cunctis. Nam qui mandata ferebat
Nanceię cladis: tua pertigit ora Renate
Nuncius/ex illis (quos antea diximus) vnus.

Fideicōmissa epistolam

Tūm fideicōmissa bonus deponit. At harum
Exemplum hic infra est rerum: quas nūcius affert.
Nam proceres/nam vulgus item / & quicūq; tuētur

Lothoringe. O Renate
Sine voce. per epistolam

Nanceiū Lothoringe tuam: sine voce locuti
Auxilium implorant scripto sermone supremum.

¶ Nanceianorum a Carolo obsessorū fames/quā Renato litteris nunciant. & quibus alimentis in vrbe vescantur.



Atq; ita. i. in hunc modum

Atq; ita. Qui Siculos dux o fortissime reges

Inter auos numeras; & France ſacra corone
Lilia ſeptrigero pertingis ſanguine; virtus
Quo tua ſopitur ſomno? Viuiſne tuorum
Immemor? O viuas vtinam. Sed viuito nobis.

¶ Inter auos numeras. Ex regibus Sicilie originem traxerat Renatus/ ⁊ etiam conſanguinitate attingebat lilia france corone. i. ipſos reges francie. Sceptrigero. ideſt regali

Nobis. quaſi dicat/ non tantū tibi/ ſed etiam nobis

Quo tua (cum noſtros cernas poſt terga labores
Infandos) pietas euaſit caſſa? Quis altos
Audenteſq; animos ardenti a pectore terror
Depulit inſuetus; cordiq; ignotus honeſto?
Tutus habes campos liber. Nos menia ſeruos
Conſtituunt tua. quid tua diximus? hoc tibi nemo
Spondeat: in reditum/ niſi te dux optime cogis.

Liber. non obſeſſus vt nos

Quid tua diximus. quaſi dicat tua dicere nō debe mus. ⁊ hoc tibi nemo ſpondeat niſi redeas. ⁊c.

Sic ne places hoſti bellorum oblitus? & abſens?
Ac procul? atq; diu? qui lentus ad arma; nec inter
Tot gladios (qui nos hic cingunt) inclyta miſces
Geſta. ſed infenſis animos piger hoſtibus auges.
Nec minuis noſtros tamen. huc quos liber in vna
Menia traxit amor. iuſte & reuerencia cauſe.

Liber amor tui ⁊ reuerencia iuſte cauſe tue

Hic patrios pars vna hominum defendere muros
Nature pro iure ſtudent. & iuſtus eiſdem
Imperat angor opem patrieq;/ tibiq;/ ſibiq;/
Reddere. Nam dominū & ciues ſors reſpicit vna.

Pars vna. ſcʒ Lothoringi ⁊ ciues Nanceiani

At multam ex nobis partem/ ſolidamq; voluntas
Huc aduenticiā fecit. ſeu bellica dure

Voluntas. ſola
Aduenticiam. accedentem a diuerſis terris. nam multi vrbem defendebant qui tamē alterius erant nationis

Gloria milicie. supple fecit aliquos huc adventicios.

Celo dispare. i. diuersa regiõe siue de diuersis nationibus
In argolicos. i. contra grecos
Pergama. muros troie siue ipsam troiam
Venerat. supple olim tempore belli troiani
Iliacas. i. troianas. q̄si dicat sicut omnes qui ad troie defensionem venerãt/ troiani vocabãt sic omnes qui Nanceium defendunt lothoringi vocantur
Ingressi. nos alienigene

Olim. in futuro

Quod amas. scz tibi fideles
Quod amamus. scz victor

Tarda. tardantia

Acephalis/ nobis capite carentibus scz te duce ⁊ principe nr̄o
Si pius. si tu pius

Vnam. i. famem

Gloria milicie. rerumq; ruina tuarum:
Tam nobis miseranda; tuo q̄ꝫ leta fit hosti.
Adsumus ergo vrbi nos spōte. nec aduena differt
Intus ab indigenis. Omnes simul vna Renati
Firmaq; gens. celo q̄ꝫq̄ꝫ nos dispare nati.
Quisquis in Argolicos defensum pergama miles
Venerat; is gessit Troianum ad prelia nomen:
Iliacas ob res mortem contentus obire.
Ecce autem gerimus tua (te sine) prelia. murum
Vltro tuum ingressi. nec facti penitet huius
Quemcūq; autorum. neq; te frustrabimur olim:
A bene sperato per tanta pericula fine.
Sed rescinde moras. longarum/ o pigra viarum
Tempora/ precipiti sunt castiganda recursu:
Vt simus quod amas. vt sis quod semper amamus.
Sed tarda armati tecum huc refer agmina Rheni
Spem patrie. acephalis & te pater adijce mēbris.
Si pius/ vt fortes/ vt firmos/ vtq; fideles
Viuere nos optas/ & nomina ferre virorum
Longius; heu plagis vnam de mille repulses.
Tolle famem. O pestem hāc nostris a faucibus aufer.
Faucibus a nostris hanc aufer & eijce pestem.
Aspera nec mandet nostre diuorcia vite

Tam crudele/ferox/ac insaciabile monstrum.
peius morte: genus morbi hoc. & viscera leto
Viuaci excrucians: flammas irritat edaces.
Hoc Solymam perijsse tuam fert fama furore:
Dum miseram hanc quondã celestib⁹ angeret armis
Induperator/habens a vespa nomen: & heres
Illius/horrendum iudea in gente flagellum.
Hanc vnam vacui rabiem/tenuesq3 timemus:
In reliquis gens dura malis. licet vltima fesse
Linea nos vite/aut mortis nos angulus artet.
Nil querimur gladios. fulmenve. aut tela. nec acris
principis ardentes iras. nil seua leonum
Ora tot/aut vngues. nil & crucis arma retorte.
Esuriem querimur. que recrudescit in horas:
Ossibus insurgens nr̃is. & macrior instat.
Nos inopes rerum: spe pingui & sospite/fortes
Viuimus. & sola hac. inimicaq3 tẽnimus ipsi
Castra. Tui & solo visendi ardore valemus.
Et pauci in multos/belli defendimur vsu:
Assueti ad vires. & iam nescire timorem
Armorum. quicquid foris est aut eminus vrget:
Inuicto est animo/& semper paciente ferendum.
Nos penes est: quod nos cruciat. nec menia nobis

Monstrum. scz fames
Leto/idest morte
Flammas/ardores
Irritat. cõmouet
Solymam. idest vrbem Iherusalem. que etiam Iherosolima vel Solyma dicta est
Tuam/idest iure hereditario tibi pertinentem
Indupator. i. impator. scz Vespasianus
Heres illius. scz Tytus
Flagellũ. supple existẽtes. Vespasianus & Tytus
Hanc vnam. idest solam scz famem
Tenuesq3. ieiuni
Leonum. burgundionum
Crucis. supple Andreiane quã gestant Burgundi
In horas. de momento in momentum
Sola hac. scz spe
In multos. contra multos
Sentencia.
Nos penes. Intra nos. qđ nos cruciat. scz fames

Egra.ſed egra fame ſunt viſcera. Rodit & artus
Ieiunos macies.nec ſe fecundat inanem.

Fecundat.replet
Inanem. vacuam
Numerans . faciens numerari coſtas noſtras

Sed numerans coſtas: vt aratum vomere/corpus
Sulcat.hiant vene.& peregre vetus it vigor/inde
pulſus.& abſumpto ſanguis humore vaporat.

Sulcat.ſulcos facit
Hiant.aperiuntur
Peregre.foras vel extra nos
Sãguis humore. nota ꝙ ibi.h lr̃a iuuat ad poſitionem faciẽda n in quarta ſede hu°metri
Vaporat.euaporat a nobis

Sulphura/ſaxa/truces flammas/enſeſqꝫ ſagittaſqꝫ/
Effugiſſe/datum eſt multis.at publica nobis
peſtis adeſt.morbo nemo non marcidus iſto eſt.

Marcidus.emaceratus

Vnum & idem vulnus cunctis infligitur.vnum
Et cõmune malum eſt . verum ſine vulnere vulnus.

Verum pro ſed.
Sñ vulnere.ſcꝫ ſanguinolẽto.

Hinc miranda magis/minus at plangenda videri
Hec Fortuna poteſt.nec ferro attacta nec igne.
Nos vis nulla pyre exurit.non haſta cruentat
Nos etiam.iaculis(ſed rari)ſternimur vllis.

Vllis.aliquibus

Labimur in mortes.nec fuſi pulchra cruoris
Signa manent: noſtris inſcribi digna ſepulchris.
Deſumus heu nobis.anime nec ſuppetit humor
Aridus.at profugo vaneſcit vita tenore.

Anime.vite
Aridus.quaſi nullus
Tenore.victu

Comparatio.

Non alio pingues exemplo viuere tedas
Dixeris.vncta quibus ſi nutrimenta ſuperſunt:
Fulgentes flammas ignis vomit acer.& ore
Scintillans vigili:noctis ſqualoribus obſtat.
Aſt vbi deſiuit ſuccus/nec craſſa voracem

Vncta pinguia
Squaloribus.obſcuritati
Deſiuit ſuccus. defecit cera

Vulcanum cera ipſa fouet: moribunda tenebre
Lux erit. & tenui mox oppetit obruta fumo.
Sic nos victu inopi/& menſa ppaupere/tandem
Nil erimus/q̄ꝗ̄ꝗ forti ſint pendula neruo
Corda. ſed ad vitam(Ditis ſocrus adſit: oportet.
Eſſe parum remur: ꝗ noſtris eſca macellis
portitor Europes ſit nullus. nullus & Helles.
Conceſſa eſt paucis taurorum vxoribus/atꝗ
Matribus/hic mortis dilatio. metaꝗ vite
Longior: infantum tenero implorata/pioꝗ
Vagitu. & lachrymis nutricum lactis egentum.
Ergo boues preter pauca (quarum vbere paruis
Viuitur in cunis) hic iam pecus edimus omne.
Agni/& oues/lanas & veſtimenta quotannis
Donabant. quid hyems ſolito crudelior auſit
In nudos: pro ventre fames cuncta occat alendo.
Quin & Iudaico ſus euitata palato:
Nulla ſubit noſtrum. non vlla armenta. gregeſve
Aſſueti menſis. leuium nec turba volucrum.
Nec ſua iam nobis galline munera ponunt
Oua. Sed aurore cantor cum coniuge gallus:
Veſpertina ſue cantauit funera mortis.
Et vento plumas/verum corpuſcula noſtris

Vulcanum. ignem

Oppetit. moritur

Ditis ſocrus/ideſt Ceres que eſt dea frugum que ibi pro pane ponitur/ ꝛ fuit mater proſerpine/quaꝫ pluto in cōiugem rapuit ſcd̄m poetarum hiſtorias

Portitor Europes. ſcd̄m poetarum fabulas Jupiter captus amore Europes / tranſformauit ſe in taurum. et in tergo ſuo eam trans mare portauit. Vn̄ per portitorem/europes intelligitur bos ſiue taurus

Nullus et helles. phrixus athamantis regis thebaꝝ filius/ et helle ſoror eiꝰ/defuncta matre/ volentes nouerce ſue inſidias inferre nec valētes/ arietē aſcēderunt vt trans mare fugerent. et ſic per portitorem Helles intelligitur aries ſiue agnus

Implorata. i. impetrata ſcꝫ meta vite vaccarum
Viuitur in cunis. viuunt infantuli

Sentencia.

Euitata. quia carne ſuilla non veſcuntur iudei

Veſpertina. vltima

Ventribus (inuiti & facto clamore)dederunt.

Vſus obeſt culpe/ideſt q̄uis carniu͂ vſus crudelis ſit quibus non vtebantur priora ſecula.cōſuetudine tamen tolerat, vt habet in decreto.xxxv.di.c. Ab exordio

Vſus obeſt culpe.ſed paupertate grauatos
Nos peiora manent.Et dum vi cogimur:vti

Sentencia.

Incipimus vetitis.legem neſcire coacti.

Eheu/plorantis vox
Vacat/placet
Hec mandata.hec epiſtola nr̄a

Eheu ſeua loqui vacat hic.ſed verba ſuborte
Impediunt lachryme:quibus hec mādata madeſcūt:
Ante oculos ventura tuos:& flenda legenti.
Nam pecus humanas ſolitum deſcendere in aluos

Altilis. domeſticarum auium. atqꝫ ferine. ideſt venationis
Spes periit/vltima huius dictionis periit longa eſt. Ité līa h.ſequens facit ad poſitionem

Defuit vt nobis;et vt altilis atqꝫ ferine
Spes periit:heu mox ad equarum noſtra maritos
Ire fames iuſſit.fidoſqꝫ inuadit:vt hoſtes.

Necat/ſcꝫ fames
Tam iuſta rē.yronia eſt

Tum meritos nil tale:necat.tam iuſta laborum
pergrauium/Famulis debemus premia noſtris.

Sentencia.
Iſtis /ſcꝫ calcaribus
Illo/ſcꝫ freno
Feritur ad mortem.occiditur

Qui modo paruerat freno & calcaribus(iſtis
Mobilis/atqꝫ illo conſtans)ſine Marte feritur
Bellicus ad mortem quadrupes: in fruſta ſecandus.
Ceſus & a domino mortem hanc plorante;fidelis
Vector equus: vaſto pertingit pondere terram.
Atqꝫ occiſorem dominum indignatus habere:
Nunc ad celſa iacit ferratos ſydera calces:
Nunc caput in caudam torquet.nunc puluere fedat

Mutatqꝫ colorem. propter ſanguinem rubricantem
Spadix.ideſt ſubrubeus

Sanguine & effuſo/ſemet.mutatqꝫ colorem.
Et modo qui fuerat ſpadix aut flauus:oloris

Aut niue candescens; roseos in corpore villos | Niue. albedine
Ipse suo timuit. nequiens se noscere talem.
Sic/famulanda suo dudum qui terga magistro | Sic. idest itaq;
prebuerat totiens; vitam tunc prebuit. exors | Exors penarum. exceptus a penis
A modo penarũ. & dilecte oblitus auene.
Stratus/at hostili vitam profundere telo | Stratus. occisus
Mallet. & ingratis nũq; seruisse. Sed ipse
Corruit. & dominũ quem bello ac pace gerebat
Viuus; alit moriens. aluo tumulandus herili. | Alit moriens. quia fit cibus homini sui a quo comeditur Tumulandus. sepeliendus Herili. domini sui
Morte fames viuit varia. nec morte negamus | Varia. variorum animalium
Nos vixisse canum. quos iuste humana sodales
Fert natura sibi. & quadam ratione propinquos. | Fert. dicit vel cupit Quadam rõne. quodam prudenti instinctu Propinquos. amicos
Hostibus hi nostris hostes; tutelaq; rerum
Nostrarum: nostris (laceri) sunt faucibus esca.
Dicturi (si verba forent concessa) maligni
O ciues; quid dente/bonos laniatis amicos?
Quos/nec blandicie/nec amati dulcia nummi
Munera corrumpunt. sed nec confinia morti
Flagra. nec a vario mors adducenda dolore. | Flagra verbera Vario dolore. varijs tormẽtis
Verba canum / clamor. rostroq; gemẽte loquuntur. | Verba canum. sc; clamor est solummodo/ nec habent alia vba
Orantes nullo veniam de crimine. multis
Flentibus hos dominis; & turba flente domorum.
Ingluuiem durum fuerat sedasse canina | Ingluuiem. famem

Carne equidem nobis. verum/peiora ſecuti

Poſt. ideſt poſtea

poſt ſumus. & que vix lecturi hec triſtia credant.
Ad male nam ſanas tandem conuertimur eſcas:

Effeti. viribus vacui
Toxica. venena
Frumen. frumen eſt pars colli anterior: per quã a faucibus ad ſtomachum/ via patet epulis & potui
Reptile. ſupple animal

Effeti. & noſtrum admittit nunc toxica frumen.
perq; penus noſtros / aut noſtra p horrea / nullũ eſt
Reptile. nil glires illic/nil rodere mures
Credideris. ſed enim cum farre legumina poſtq;

Abſorpta. conſumpta
Illos. ſcʒ glires et mures

Sunt abſorbta fame: tunc deglutiuimus illos.
Suppleruntq; vicem meliorum parua ciborum

Faſtidiat. refugiat ſiue ſpernat

Corpora. q̃q; eadem ſtomachus faſtidiat horrẽs.
Silua deeſt nobis. venamur in vrbe, domiq;.

Minimi gregis. ſcʒ murũ exiguorum
Viuaria. i. loca ſiue receptacula/ in quibus ponũtur beſtie vel piſces ad nutriendum.
Indiguis. indigentibus
Aſillum. refugium
Beluolis. muribus

Et minimi priuata gregis viuaria ſubſunt
Indiguis nobis: cuncta & rimantibus antra.
Concauus exiguis paries nec preſtat aſillum
Beluolis. macies ieiunos languida ventres
E latebris reuocat, ducitq; in fata: coactos.
Namq; alimenta gule captum dum paucula currũt.

Fouere. i. auxerunt
Popinas. coquinas

Decipulis capte: noſtras fouere popinas.
Dumq; cibum explorant: fiunt cibus. inde pempti
Corpore damna luunt/iuſti & ſine crimine fures.

Sentencia.

Omnia Fortune ſunt largitricis. abunde
Dat pleriſq;. parum multis. cõmunia q̃q;
In medio hec poſuit cunctis natura. deuſve.

Lex homini eſt clemens. Furti reus eſt ſibi nemo:

Sentencia.
Lex homini. Lex permittit vt homo omnino pauper ⁊ nudus propter ſolam vitā ad alienos panes manum extendere poſſit / nec propter hoc furti reus factus ſit / et tamen mures / ſolā vitam queritantes ⁊ ſic innocentes contra hanc legem a nobis manducandos capimus ⁊ interficimus

Qui rapit ob ſolam (deſit cum penula) vitam.
paruula ſed nobis ſic beſtia ducitur inſons
Ad mortem: veluti ſcelerate obnoxia culpe.
Captaq; tunc patulas vix implens predula fauces;
Manditur. & retinax fit pauperis anchora vite.

Anchora retinaculum. Retinax idest conſeruans
Sorex. idest mus

Riſerat occiſo pro nobis antea ſorex
Hoſte ſui generis. qui Muſio nomine dictus

Hoſte ſcz murilego
Lat. murilegus ſiue cattus

Fertur: ob hoc quia mus iſti ſit preda latroni.
Riſerat & fruſtra: qui nos inuenerit hoſtes
Tortoris poſt fata ſui: nulla arma timentis.

Tortoris. ſcz muſionis
Nulla arma timentis. i. animoſi et crudelis

Nam morti obiectus: dēte aſper & vnguibus / audet
Fortia. Nempe fames que nos armarat in illum:
Illum in nos etiam. atq; inopes pugnamus ob eſum.

Inopes. nos ⁊ beſtie

Querit quiſq; ſibi quem deuoret. ille ſed inter
prelia tunc audax: vbi ſe videt vndiq; ſeptum
priuatumq; fuga: clauſas violare feneſtras
Atq; viros tentat. repitq; in tecta: tremendus.

Tremendus. ſupple nobis

Noſq; (mori nolens inglorius) impetit vncis
Vnguibus. & nudum / mortis pauor vltimus / armat.

Sentencia.
Nudum. ſcz murilegum

Et gladio / q̄ clade famis cupientior / auras
perdere vitales; rabida offert enſibus ora.
Inde cruenta ferens ſpinoſe vellera barbe:

(Contracto in gibbum tergo)ſe vibrat in omnes
Hiſpidus. piloſus ꝛ iratus
Hiſpidus.& caude motu denunciat iram.
Tũ ſua raucidulo depromens gutture verba
Indomitus plagis: vitam inter vulnera fundit.
Sic/animã qui iure ſuam defenderat equo:
Iure noſtro. i. noſtri hominnũ.
Iure perit noſtro: verubus verſatus.& aſſus
Fert leporis ſpeciem: modo deſit cauda; caputq;
Sed breuiora retro/produnt hunc crura fuiſſe
Muricipem. ideſt muſionẽ ſiue cattum
Cuius veram. ideſt tollẽdo ab hac dictione Meatu hanc lrãm t/remanet. hec dictio diſſillaba meau que eſt muricipũ vox. nota muribus ꝛ eis tonitruo crudelioꝛ
Muricipem. cuius veram tunc perlege vocem.
Littera ſi procul eſt a ſcripto quarta Meatu.
Dictio ſed fiet tunc hec diſſilaba. cunctis
Muribus hec nota eſt: tonitru crudelior omni.
Audi. o tu Renate
Qualibus ergo cibis/hic ob te viximus: audi
Aut lege flebundus. Cumq; hec perlegeris: adde
Adde fidem ſcriptis princeps.& ſcripta gerenti.
Hoc nobis victu/ſub quanta pericula ventum eſt:
Cerne precamur. habes que noſtre formula vite:
Quis ſtatus obſeſſis fuit hactenus.& tamen vrbi
Columen. robur
Afflicte/ o columen noſtrum/ſis tardus & abſens.
Nec te hucuſq; latet: ꝙ frumentaria nobis
Prioꝛ obſeſſio. prioꝛ tua obſidio qua nuper hanc tuam vrbẽ obſediſti aduerſus Burgũdos
Res nulla eſt. prior hanc obſeſſio Marſq; vorauit.
Pauca frux. frux nominatiuus antiquus eſt. ideſt annona ſiue frumentum.
Atq; hoſtis partim. nos partim. cetera mures:
Et pauca in plures frux herciſcunda periuit.

Nos vtinam ſuis eſca iuglans/aut parca cibaret
Vita canum.nec aque/frugis nec copia cocte
Nos fugeret. vita his eſſet contenta duobus.
Delicie eſt; quicquid plus eſt.nec diuite Martem
Luxu fas ſit ali; Venerem ſed Martis amicam.
Ter vaga fugerunt nocturne lumina Lune:
Ter rediere; fames ex quo nos aucta coegit
In ſolum vixiſſe diem.& ſpes ducere macras.
paulatim effluimus.nos & cum ſanguine vires
Deficiunt.animos nec ob id geſtamus inermes.
Eſſet & hec fractis vrbs iam ſine nomine muris:
Ni patrie egregius/varioq̧ a ſydere ſanguis
plebeie neruos genti/vireſq̧ dediſſet.
Semper in ancipiti eſt: zephiroſne ſequat̃ an euros:
plebs nouitatis amans. que dũ timet vlla vel audet:
Eſt grauibus frenanda viris; ingentia quorum
Geſta probet virtus regina; & digna timeri.
prouidus/hinc abiens(vt rerum exegerat ordo)
Tu forti & multo muniſti hec menia pridem
Milite.quod valide factum; quod rite; quod apte:
Non laudare quidẽ non poſſumus. at nec & hoſtes.
Nam Menelaon/& hunc cui fecit gracia nomen
Scilicet; a bello fratres cognomen habentes:
Vrbi prefectos(te nunc abſente)dediſti.

Iuglans.quaſi iouis glans/arbor eſt ioui conſecrata

His duobus. ſcʒ pane ⁊ aqua

Delicie. ideſt ſuperfluitas ⁊ eſt plurale delicie
Martem.ideſt bellum ſiue bellicoſos
Martis amicam.aiunt poetarum hiſtorie venerẽ martꝭ amicam eſſe ⁊ Vulcani cõiugem

Solum diem. nil habentes pro craſtino

Hec vrbs. ſcʒ Nanceium in q̃ obſeſſi ſumus/eſſet iam ſine nomine.⁊c̃.niſi ⁊c̃.
Vario ſydere.a varijs regiõib⁹

Neruos.robur

Sentencia.

Zephiros.zephirus vẽtus occidentalis eſt Eurus vero oriẽtalis

Nec hoſtes. ſupple non laudare non poſſent
Nam menelaon. hic menelaus ⁊ ei⁹ frater gracianus nobiles vuaſcones in hac Nãceiana obſidione vrbis prefecturã a Renato ſuſceperant
A bello. quia de guerris vulgariter cognominabantur

Sed deus. immo de⁹ dedit eos prefectos
Indigetes. i. sancti qui colũtur Nanceij scʒ diuus Georgius ꝛ diuus Aper

Sed deus. atq; tuis sunt propugnacula muris
Indigetes patrie. sua nunc oh templa dolentes
Arceri flammis. & in edibus horrida sacris

Suffiri. suffumigari

Nunc pro sacrifico suffiri sulphura thure.
Inde/sacrum ciues Aprum sensere patronum:
Tutoremq; loci. qui muro insomnis & vrbi

Usq;. idest assidue siue semper

(Excubitor credi meritissimus) affuit vsq;.

Esse abhorrendum. abstinẽduʒ

Sanctus oues pastor sic has tutatur: vt esse
Omnis abhorrendum predo testetur ab illis.

Argo celesti. idest deo. Argus scd̃m poetas pastor fuit centuʒ habens oculos

Ridet & ipse lupum grex custoditus ab Argo
Celesti. & cuius lumen videt omnia pernox.

In nos. contra nos

In nos mortalis pugnat leo: sed foris. intus
Obstat diuus Aper. dentesq; obiectat eidem

Sentencia.
Terrã. Carolũ terrenũ. astro. idest sancto apro. q. d. nullus
Ursos. idest viros scʒ Heluetos signum vrsi in vexillis portantes

Sydereos. Terram claro quis comparat astro?
Rumor it Helueticis acres de montibus Vrsos
Ad Nanceianas tecum descendere portas.

Nostro apro/patrono nostro

Quos nostro si iungis apro: seu morte Leonem
Siue fuga fractum: tota cum gente videbis.

Renatum. idest iterum natum siue resurgentem

Eia ergo patrie pater expectate: Renatum.
His tete ostendas: qui terre in viscera falso
Te cecidisse putant. aut per mendacia fingunt.
Sollicití/vanos nobis conflare timores.
Ergo resurge potens: redituq; renascere nobis:
Iam venias nostris mors hostibus. & pius annos

Dux noſtros extende; fames quos oſſea rodit.
Iſta poteſt/& ſola poteſt dare menia parti
Aduerſe. Ergo redi velox (oramus) & ingens
Viribus: inuenies quem formidare nequibis.
Garrula complures diſpergit fama timendos:
Quos/timidos notis preſentia detegit armis.
Vincere ſi queris. ſat nempe accedere muro eſt.
Tunc qui nos claudunt armis: claudentur & ante
Et retro. Nec dubitas ꝗꝓto (ſe vltura) furore
Erumpet portis tua gens. aut menia ſaltu
Tranabit: rabie vt viuos deglutiat hoſtes.
Sanguinis eſt noſtri ſitis hoſtibus. Eſurit horum
Noſtra fames carnem; noſtris de rebus obeſam.
Viuemus hoſte ex lacero. tecum ve cademus:
Truncandi gladijs. patrie & tibi noſtra daturi
Membra. animas celo ſed cōmendamus. & Apro.
Qui vigil hic noſtris cum ſit cuſtodia muris:
Ac portis; armatus arat Burgundio littus.
Nec Menelaus eum noſter tremit. audet: ad omnem
Terrificum tutus ſtrepitum. vir natus ad arma:
Si locus eſt armis. Sin paci: viuit ouinus.
Virtuti hic fidens perſtat. nec fata timere
Nanceiana poteſt: Latium viſurus & Alpes.
Ipſe & Alexandro (vt dicunt preſagia) ſummo.

Oſſea. macra oſſibus pellē pe-netrantibus

Sentencia.

Diſpergit. promulgat. q. d. multi per famam ſunt timēdi quos preſentia armoꝝ. timidos facit

De rebus. de bonis nr̄is obe-ſam. i. pinguem

Patrie ⁊ tibi. pro patria ⁊ ꝓ te

Apro. ſancto patrono noſtro

Arat littus. inuanum pugnat

Menelaus nr̄. prefectus noſter
Audet. audax eſt
Sin paci. ſupple locus eſt.
Viſurus. ſcꝫ Menelaus/latiū ideſt Italiā / ⁊ alpes ideſt illos montes
Ipſe et alexandro. Iſte Mene-laus poſt Nanceianum bellum ſub Carolo octauo rege franco-rum tempore Alexandri pape ſexti. Oſtiam ciuitatem pro ip-ſo Carolo rege tenuit/ et nautꝭ illac tranſeuntibus Romamqꝫ petentibus tributum impoſuit

Tyberinos.tyberis fluminis	pōtifici poterit Tyberinos claudere portus.
Ostia.vrbs Ostiensis	Et faciet. Subiecta viro namq; Ostia tanto
Ferent/pacientur	Tunc erit. impositumq; ferent tunc vela tributum:
Quirinalē.a quirino. idest Romulo	Si qua quirinalem querant contingere Romam.
Urbi.scz Rome.z ciuibus Romanis	Atq; vrbi Menelaus erit/totisq; timori
Generosos quirites.nobiles Romanos	Ciuibus. At nūq; generosos ille quirites
Captus. Menelaus	Opprimet. hinc captus: dignusq; euadere: viuet
Pocula.venena	Seua pius latie vitet si pocula fraudis.
	Atq; vtinam viuat. Nos & viuamus: amamus
	Qui te/non aliter: ꝙ nos Leo mortifer odit.
Huic.Leoni scz Carolo Peremni.amore	Sit licet huic odium nostri immortale. perēni/
	Quid nobis: cum te iustoq; sequamur amore:
	Donec equus faleras/& amabit vulnera Mauors:
	Hostis & exuuias; letas victoria laudes:
	Vallum castra potens: & amabunt oppida muros:
	Se studia ad fortem conuertent nostra Renatum.
	Ante fames stomacho. & galeis rubigo placebit:
	Et iugulo gladius: captiuis compes: & vrbi
	Seditio sancte. vexillis ymber honestis.
Elatas.arduas	Et prius elatas (quando tonat) erea turres
Machia erea. bōbarda ferrea	Machina mulcebit: ꝙ te linquamus inultum.
Verba.nostra	Verba fames finit. Nam vocibus ora loquentum
Uim.vires loquendi	Vim macerata negant. scribenti & dextera fesso.
	postremo/& tempus nos deficit. Et nouus aures

Impetus armorum nostras: & menia pulsat.
Quare/per(de te quem rite meremur)amorem:
perq; tuas modo res nobis audaciter actas:
per patrie lachrymas: per & eius spemq; fidemq;:
Hanc per & esuriem/ rabido plus hoste furentem:
Matures(oramus)iter tam segne. valeto.

Spemq; fidemq;, supple quas habet de te

¶Helueti ad succurrendum Nanceianis a Carolo obsessis/ mox se itineri dantes/ intellecta obsessorum fame.



¶Missa duci/finem faciebat epistola/verbis
Talibus. Heluetice que postq; audita phalangi est
Et pietas cunctos/simul & furor excitat. vno

Signa.vexilla

Temporis & puncto ſua ventis ſigna dederunt.
Ingentemqꝫ datura metum(quocunqꝫ feruntur)

Qua.ſcilicet parte

Tunc fuerant.niſi qua noſcuntur adeſſe ſaluti.

Remiſſo ſcꝫ a Renato ad Nãceianos obſeſſos . ꝛ ſunt abſoluti vt ablatiui curiore remiſſo

¶ Curſore interea velociter ante remiſſo :
(Qui modo ſcripta recens tam meſta aduxerat) vrbi
Spes datur obſeſſe.& ciuis fit certior omnis

Volucri.veloci

De ducis auxilio.redituqꝫ ad bella volucri.
Atqꝫ ſuos princeps(ſcripto obteſtatus)amicos
Iam iam hortatur ouans ; vt adhuc ſpe/ vicqꝫ labores

Timẽdis.ꝙ nũc timere debeãt

Suſtineant modicos/paſſi peiora timendis.
Dulciaqꝫ īmiſcet charte dux verba.precatus

Dimidiam lunam. quindecim dies

Tantum dimidiam(redimenda ad menia)lunam.
Oppreſſos ſcripta hec muros certiſſima poſtqꝫ

Sobria.quia ieiuna
Celo.ſanctis vel deo

Impleuere:manus ciues/& ſobria celo
Ora pio attollunt:vrbis/patrieqꝫ miſerto.
Attolluntqꝫ animos ſimul.hec a munere diuum
Adiumenta rati.quorum ſimulachra coronant :
Non florum certis(quos nixqꝫ geluqꝫ negabant)
Sed cera:& flammis/leto flagrantibus igne.

Fulgor votorum.fulgor cereoꝝ

promittitqꝫ hylari votorum lumine fulgor

Fata leonis.mortem Caroli
Apro.vrbis patrono

Fata Leonis: Apro.cincte qui preſidet vrbi.

Nec piger.ſupple eſt

Nec piger incenſi fumus tunc thuris:in aſtra
Admiſſi e templis.ſed odoram numina nubem

Calle trahunt recto. sua voto dona sequente.
¶ Nuncius hec inter (namq; hunc mirantur & ipse
Et repetisse viam ciues) longo ordine narrat:
per medios sese traiecit qualiter hostes.
Quo ve inimica dolo/vulpinus castra fefellit:
Armaq; calonem vafre mentitus. & omnes
per numeros/facilem mouit narratio risum.
¶ Nam reditum sibi difficilem dum cerneret: ipse
Menibus appropians que circũclusa patebant
Armorum rabie: clam falsos antea: coram
Fallere tunc hostes/suspenso cogitat ore.
Et siluam inspectans (nam iuxta hic silua niuosis
Canebat ramis) cautas conuertit ad artes
Ingenium patrie: quod nemo impune lacessit.
Atq; animo secum facta atq; infecta reuoluens:
Quid noua suspendit mentem extasis? edocet inquit
Quid sit opus facto me: tempestasq;/locusq;.
Frigore seuit hyems. nec solem concipit aer.
Sed tenues stridens diuerberat aura cadurcos.
perq; fenestratam penetrant in corpora lanam:
Multe inclementis vires & spicula celi.
Stent vt castra diu: calidis opus ignibus hosti est:
Cui tepidus gelidos oris fouet halitus vngues.

Ciues. scz Nanceiani

Calonem. lignorum gestorem
Omnes p numeros. per omẽs clausulas narrationis

Clam falsos antea. i. prius noctu deceptos cũ iret ad Renatũ
Coram. apte

Ingenium patrie. idest Lothoringie. & hic astutos Lothoringos insinuat autor
Lacessit. inquietat

Quid noua. verba calonis ad seipsum
Extasis. stupor mentis
Tempestas. tempus

Solem. calorem

Aura. ventus
Cadurcos. tentoria hostium
Fenestratã lanam. laceratas vestes

Celi inclementis/hyemis dure

Cui tepidos. qui vngues congelatos oris anhelitu fouent

Venire vendi ſeu venundari

Sic multo hi poſſunt rami venire;reciſi
Aut in faſciculos;aut parua in membra ſeorſum.
Dixit.Et in ramos pendentem ad terga ſecurim

Solo. in terra
Vis ferrea. ſecuris
Cedua. ad ſcindendum apta

Conuertit.mutiloſqꝫ ſolo vis ferrea ſternit.
Lignaqꝫ componens in grandem cedua faſcem:

Aptat.ſuple per hanc fraudem

Hec humeris/morteſqꝫ ſuis ſimul hoſtibus aptat.
Faſcibus & quiddam grauius molitur.& illud

Heduo duci. Carolo. hedui dicuntur Burgundi ab hedua ciuitate
Depreſſura. ſcʒ ſarcina
Rotam. ideſt fortunam
Proximat. extollit Carolum

Vix heduo portanda duci mox ſarcina fiet:
Depreſſura rotam;que celſum proximat aſtris.

Sentencia.

Nil vetitum audaci eſt;frenos dum laxat.amata
pro patria vigilans ille idem;tot ne cecidit
Hoſtiles animas;trunca quot in arbore ramos?

Atrum larem. obſcuram domũ ſiue infimam
Dextra/proſpera

Notus erit geſtis;alias obſcurus.& atrum
Illuſtrare larem dignus;ſi dextra ſequatur
Fortuna audentem.nec pauca ex vrbe merentem;

Pauos ſic anteit &c. ideſt innobilis homo ſic quandoqꝫ precedit nobiles ex preclaro facinore

Quis neget hunc clarum? pauos ſic anteit anſer
Decolor auratos.vili licet editus ouo.

Sentencia
Illuſtrat. nobilitat
Opacas. viles ſiue obſcuras

Nobile non donat nomen pater aut auus.alma
Sed genitrix virtus.que res illuſtrat opacas.

Calo. ideſt lignorum geſtor videlicet nuncius

pro patria intrepidus calo/dum colla ſub illud
Impoſuiſſet onus;patriam gentemqꝫ fidelis

Succeſſu. proſpero euentu
Apri. ciuium patroni

Cum duce portabat ſucceſſu dignus.opemqꝫ
promeritus diui(quem res hec reſpicit)Apri.

¶Nanceiano rꝫ nuncij/eis a Renato de eius reditu/nūcia portantis/ callidus in vrbem ingreſſus/per caſtra inimicorum.



Ergo petens vrbem per tot gladioſq;/viroſq;:
Infeſtos genti Lothoringe:ſpe duce ſiluam
Linquit:iens latos manifeſta ad caſtra per agros.
Atq; alee iactu vitam poſiturus in vno:
Decliui graditur vultu.iam faſce repandus:
Et ſuſpecta cupit non notus caſtra ſubire.
Et frontem nunc arte tegi.muroq; propinquum
Reddere ſe vrbano:ſi fors incepta beabit:

Spe duce.ideſt ductrice

In vno iactu alee.i.fortune,

Decliui vultu. quaſi terrā reſpiciens
Faſce repādus. pre onere faſcẽ lignorum quem portabat incurvatus et hoc ad cautelam ne ab aliquo agnoſci poſſet
Si fors. ſi fortuna incepta ipſius nuncij

Beabit. feliciter ducat

Cadurcis/tentorijs	Necdum autem primis accesserat ille cadurcis:
	Visus & hostibus est letis. visusq; libenter:
Foco. focus loc⁹ ē in q̊ fouet̃ et paratur ignis	Qui sperata foco portet fomenta tepenti
Palluit. tamq̃ frigora sentiret	Contra hyemis morsus.ad quos sol palluit ater.
	Heus vir amice: aiunt clamantum guttura centum
	Heus vir amice: Sed is clam nomen ridet amici
Falso/ quia non amicus sed hostis erat	Impositum falso.mutusq; per agmina pergit.
	Verum aliquis mutū aut surdum / & respōsa negātē
	Comprensum alloquitur . mecumq; paciscere dixit.
	pone solo pondus tibi non leue.vendito pluris
Non amputo. non rescindo	Q̃ mos est.precium caris non amputo rebus.
Culpā. scʒ carioris venditiōis	Hanc meruit culpam tempus.largissima dum se
Venditur/impersonaliter	Nobis donat hyems: elementum venditur ignem.
	Arbiter esto: tua licet in re.sumito nūmum.
Sequentum. aliorum preces	primicias nec sperne preces.nec pone sequentum
Mercem/ligna tua	Ante meas.mercem primo dimitte roganti.
	Talibus artatus vir solers vocibus: emptum
	Hoc(ait) est.properās emptores vector ad Anglos
Presumptis.iam receptis	Hec fero pauca.quibus presumptis obligor arris.
	Hanc vestrum est turbare viam si vultis.at este
	Ad mea fautores(oro)promissa.fidemq;
Temerasse.rupisse siue violasse	Ne temerasse meam videar; facitote rogati.
Spirabit/ifundet.auras .idest ventum vel anhelitum	pauper ego rerum; fidei sum diues.Eroq;:
	Vita quoad nostris spirabit naribus auras

Nec mihi/nec cuiq; est Anglam deludere gentem
Securū.socijs(si non mihi)parcite vestris.
Seruio nunc illis.mox vobis.pauper id eui
Quod superest:sudore traho.cōmunis ad omnes.
Nec mihi iam noceat:mea q̄ me incompta reuelat
Lingua virum indigenam.me fecit terra/ Lothringe
De numero gentis.variat Fortuna creatum
Ceu placet.omnis homo fiam:si iusserit illa.
Me puto vestratem:vestro hec si terra regatur
Nomine.Sum cuius sequitur victoria dextram.
Nullam in principibus spem pono.tributa daturus:
Sub quocunq; ducum.nil accepturus ab ijsdem.
Lanea me famulum textrina enutrijt ante
prelia.durius at viuens:cum tempore mutor.
Sed seu pacis eunt/seu belli tempora:semper
Sola viuo manu;miser & pannosus.& omnes
Infra homines.iuxtaq; mihi sim vester:an eius
Qui fugit.atq; vtinam fugiat.dum bella quiescāt/
Ereptura mihi nil tressi.& mortis amanti.
Hec ait.& fictam rumpunt suspiria vocem:
Sed quesita procul nimirum a pectore fantis.
Subtristisq; silet.qui simplice bestia vultu
Creditus(euadens Angle snb nomine turme)
Castra odiosa/leui tranat pede:donec ad illos

Socijs vestris.scz Anglis
Sudore.laboribus z penis
Indigenā.de Lothoringia natum
Terra/ supple natiuitatis mee
Creatum scz me
Ceu placet sic placet ei fortūe.
Sum cuius.zc.sum de parte victoris
Textrina lanea.locus ē in quo pāni lanei texuntur nam nunci⁹ iste laneoꝝ pannoꝝ textor erat
Durius viuens.scz ligna portando
Infra.idest sub
Iuxta mihi est.equale mihi est
Eius.scz Renati
Tressi.idest nō possidenti tres asses
Illos.scz Anglos

Cõmenta.ideſt mendacia

peruenìat: quorum ſtruxit cõmenta colore.
Cõmoda nam gentis tentoria nouerat huius:
A quibus/in foſſas vrbis deſcendere: promptum

Vallo. tentoriorum munitioni

Duceret. hinc vallo accedit: quod menia ſpectant.

Archanigeri. ſecreti nuncij baiuli

Atq; archanigeri letatus nomine cauti:
Se tandem validis adiunctum reddidit anglis:
Quos vulgata vocat maiores fama Britannos.

Hic ait. ſcz nuncius

Fortibus/o bellis gens (hic ait) apta gerendis:

Largitu. liberalitate veſtra Manũ neq;. pauper ſicut ego/ non querit manum auaram ſed largam
Profuſos. liberales

Largitu adductus veſtro huc; ad veſtra reuertor
Era. manum neq; enim venatur pauper auaram.
Antea vos noui (dextra ſoluente) profuſos.
Nec veſtrum eſt quicq; noſtri retinere laboris.
Inde lubens redeo ſemper. ſemperq; redibo:

Et ſi. ideſt etiam ſi non dicatis q reuertar cras q̃ ẽ vox corui

Et ſi nulla vmq; me vox coruina/ſonoro
premoneat cantu. que cras cras (dixerit) adſis.
Magnis parua dolis hic res offertur emenda
De ſpolijs ſilue. Silua ſed nectit in iſta

Perplexũ/rethe
Leoni. Carolo

perplexum nodis mercator rete Leoni.
Atq; ait. his rebus emptores eſſe peiores
Vos volo/ſiluanis. quod tempore maius in iſto eſt

Ardentem ſedabo. q. d. eſtatis tẽpore ſole in cancro eſtante ſeruiam vobis de aqua. hyemis vero tempore de lignis que tẽporalia volunt

Obſequium: ardentem ſedabo flumine cancrum:
Frigora nunc fago: aut ſecte ramalibus alni.
Reſpondere datis gaudent nam tempora donis.

Aera. aerem ſiue frigus

Trudite brumalem nunc mercibus aera noſtris.

Dixit.& a collo iacit ad veſtigia:quicquid
Fert oneris.facilem nugis tribuere meringam
Ignari rerum.Et donant meliora receptis.
Et meritum maiora ferunt. cui natio fiat
Anglica pre cunctis.multuſq; ad terga relictus
papilio.vt primis prefecerit ille ſupremos.
Suſcepto vacuam muniuit vtere crumenam:
Is ſimlis feſſo/aut feſſus veraciter:ante
Caſtra vrbi vicina ſedet.nec frigoris horrens
Nec niuis immodicas(tanta eſt conſtancia)vires.
Spectat & ad muros.foſſeq; accedere ſenſim
Apparat:hoc Anglis prohibentibus.vtq; ſagittas
Vrbanas caueat:ſigno verbiſq; monetur.
Ridet ad hec:ridendus. atrox nec fulmen ab vrbe
Sed nec tela timens,quod dum videre Britanni:
Audaci nimium(dicunt)audacia profit.
Et gelidos fotura focos torredine flamme
Fortune ac fato calonem turma reliquit.
Ille ſagittarum miratur ab vrbe volantum
Roſtra tot:& ſpiſſum findentes aera pennas.
Et velut rerum captus nouitate:vir aſtat
Admirator.Et has laudat fallaciter. harum
Laudat & artificem.ferrum nunc laudat.& alas.
Qua miratur item deſumptum eſt arbore lignum.

Tribuere i. tribuerunt ſcilicet Angli.
Meringam. i.aurē/eſt cū̄ meringa pars auris interior in cō cauo ei⁹ in qua virt⁹ auditiua cōſiſtit
Ignari rerum.i.fraudis nūcij.
Meliora. meliores nummos
Et meritū maiora ferunt. ideſt dicūt calonē maiora meruiſſe
Fiat precunctis. prima habeat
Muniuit.ſcʒ nuncius
Foſſeq;.Nanceianis foſſatis
Britanni.Angli
Audaci nimium.ſcʒ caloni
Fotura.ſcʒ turma Angloꝝ
Roſtra.cuſpides
Deſumptum.i.ſumptū.lignuʒ ſupple ſagittarum

Laudat. quasi admirãdo. & hoc ad cautelam
Viliaq;/aut saltem visu cõmunia laudat.

Terit. occupat
Tempus & inde terit vanum: non vanus. At ipsis

Notum. supple ab vrbanis
Menibus accedit. notumq; in margine fosse
Se locat. obrepens manibus; crurumq; labore.
Atq; dato muri custodibus ante signo:

In fossas. in fossata vrbis
Se iacit in fossas preceps. nomenq; Renati
Clamat. opem vocans: mox exauditus in vrbem

Prepes. velox seu celer eundo et redeundo
Excipitur fidus. perprudens. prepes: ituq;

Sentencia.
Ac reditu. Finis cõmendat prospera/cautos.

Finis pspera. vel psper vtroq; genere
¶ Maximus hĩc castris strepitus. tũ Burga tumultu
Mota acies longo est. Sed gentis corda Britanne
prima fremunt. & ab his descendit sparsus in omnes

Heduos. Burgundiones
Tunc Heduos terror: trepido cum murmure mixtus.

Edoctosq;. i. cognoscentes
Edoctosq; doli seriem dolor occupat. inde
Arcubus exquirunt tensis; & desuper ymbre
Telorum iniecto: quem possint tradere morti
Exploratorem castrorum. & mittere ad Orchum.
Sed quem non oculis/nec ferro attingere vis est;

Mutum. scz calonem. quẽ mutum dicit quasi exprobratorib⁹ nihil penitus respondentem
Turpibus hunc probris/& per cõuicia mutum

Et ad lingue. i. loco telo♃ ad pbra conuertuntur
Insectantur. Et ad lingue vim/tela remittunt.

Comparatio.
Haud secus illatrat post cerui terga fugacis
Innumerosa canum rabies. quibus eruta q̃uis
Ex oculis preda est; tonitru tamen aera pulsant
Rostra requirentum. & vana tunc voce minantum.

Et latratores tantum/& ſine morſibus ipſi — Tantum.tantummodo
Collambunt ſiccas fruſtra/& ſine ſanguīe barbas.
Sic in Caroliam rabies cadit irrita gentem.
Increpitantq; alios alij:decepta ferentes — Decepta.p falſum calonem
Egre caſtra. Tulit grauius tamen omnibus heros
Carolus:his muſſans paucis. En veneo.prodor. — Muſſans.ſubmurmurās
Dixerat.ergo nouos noua fecit tegna timores. — Tegna. fraus ſiue fallacia noſcij
Eluſoq; moleſta duci res bellica:noctes — Eluſo duci.Carolo
Suſpectas ſoleſq; dedit. Tum fidere Marti — Marti.bello. obſcuro.i.dubio
Deſinit obſcuro.ſibi ſed tunc ipſe.ſuiſq;.
Vultq; dolum ſciri:quo gens turbata fremiſcit
Caſtrenſis. memorant quo ſit res ordine geſta
Qui videre viri. quo vel calone doloſas
Sarcinulas trunce gens emerit Anglica ſilue. — Sarcinulas ſilue trunce. faſcē lignorum
Ad mentem reuocata homini ſua culpa pudori eſt: — Sentencia.
Narratu ridenda alijs. Quid plura? Subortus
Vrbe ſonus tota eſt. & letus ad ethera plauſus — Ad ethera.ad celum
Et pia ſupplicijs arrident numina fuſis. — Fuſis ſupplicijs.i.orōnibus
Et veluti facilis tunc Nanceiana ſecundet — Facilis.ideſt propicius deus Secundet.proſpera faciat
Vota deus:facies vrbis gentiſq; nouari
Arguitur:ſignis meſtos vincentibus hoſtes. — Arguit.probatur ſiue videt burgundis Signis.his ſupple.i ablatiuo abſolute Spei.de aduentu Renati
Dilate vicina ſpei vix tempora ciues
Diſſimulant. Nec tam ſua ferrea fortis ob arma
Eſt populus:q̄ leticie dulcedine.pluſq;

Accessu domini armantur: q cassideque frontes.
¶ At gerulo postq rerum est oblata nouarum

Dictio. dicendi spacium aut facultas

Dictio: disseruit perpulchre nuncius: & qua

Qua fronte. qua audacia

Fronte reuertisset. qua ve imperterritus isset:
Et latebrosa ducis (que fert) archana recludit.
Vtq ducem norunt ciues post pauca futurum
Menibus auxilo: presentem corpore fingunt.
Nec qualem/aut quantū prius hunc videre. sed ipm
Maiorem multo templantur ymagine. multo
Maiorēq animo. maiorem gentibus. auro.
Iure etiam belli: dijs hoc cernentibus equis.

Ideo. idest propter premissa
Sibimet. sibi ipsis ciuibus
Ausa. victoria

promittuntq ideo sibimet/victoria quicquid
Vmq erit amplecti felicibus ausa lacertis.

Aduersa pars. scz Burgundi

Et taciti dominum expectant. aduersa sed ingens
pars scelus esse putat: letos pretendere vultus.

Sales componere. idest iocunda verba. z hoc dicit propter attrebates z picardos/qui natura lepidi sunt z iocū mouere doctissimi tam verbo q̄ gestis

Arma polire. sales lepida componere lingua.
Atq hostem ridere modo: aut mordere iocando
Non vacat in castris. nec in ocia mittere tempus.

Scene. Scena locus est cortinis obumbratus a quo Joculatores/incōspectū pdeunt
Piconi9. picardus qui est palma scene
Hic. scz picard9. bipes symia. zc. bipes symia hic dr homo gestu leticiam populo inferens
Belge. dicuntur qui galliā belgicam incolunt
Arthesios. i. attrebatenses siue q̄ de comitatu arthesiensi sunt.

Lusus abest etiam. Scene quoq palma diserte.
pyconius sermone dicax/gestumq iocumq
perdidit. atq bipes hic Belge symia gentis:
Adrisum motura viros: nunc omnia deflet.
Nam pauor Arthesios ab risu: pyconiosq
Semouet. vt perhibent illorum labra/colore

Albida. iudaicusq; exangui in corpore pallor.
Sic humana locum permutant gaudia. letus
Qui fuerat: gemitu se mox exercet amaro.
Et sibi res cedunt cuncte. atq; herentia rebus
pectora: voluuntur moti curuamine canti.
Rebus & in medio positis ludibria circum
Debemus. Fatisq; genus mortale rotatum:
presto est Democriti solitos extendere risus.
Nos leto illius facimus spectacula spleni:
Quando rote firmum atq; imotum perdimus axem.

Albida. pallida siue pallescētia

Sentencia.

Et sibi res. &c. simile apud Therentiu Omnium rerum vicissitudo est
Rebus. fluxis et mundanis
Canti. rote circunferentie
Rebus. in abltō absolute
Circum. res supple
Democriti risus. democritus phūs ad omnem hominis fortunam risu & derisu afficiebatur et econtra dyogenes phūs mortalium vanitates continuo fletu prosequebatur
Leto spleni. quia a splene procedit risus
Illius. scz democriti
Quando rote. &c. quando fortuna nos rotat

¶ Nanceidos liber Quartus finit.

¶ Io. Basini Sendacurij Quinti Nanceidos libri Argumentum.

MVrmurat in quinto venientem fama Renatum.
Ciuibus auxilio obsessis. que garrula Burgos
Territat aduersos. redditq; ad bella pigentes.
Hos animare studens: vafrum se predicat armis
Carolus: & cuncta ad hostis molimina cautum.
Haud tamē id pauidos mulcet. nam turba clientum
Hunc vidisse tonans: frangit formidine cunctos.
Tum rursum timidos hortans: his suggerit illum
Mendicum: fragilem ducentem ad prelia turmam:
Et non Heluetios/hiberno haud frigore promptos.
At patriam subit ille suam. cum rursus adorsus
Carolus ipse suos: sua dudum gesta recenset:
Linquere bella monent. econtra pugnat acerbus.
Hinc belli trepidus vnus: se in menia saluat.

¶ Nanceidos liber Quintus Incipit.



Tvero celum ac terras/
atq; aera miſcens
Murmure fama/ducē (ſed
adhuc dubitata) Renatum
In patriam rediĳſſe ſuam/
diſpergere linguis

Non vnus. ſed diuerſus
Vox hec. fame dicentis Renatum aduenisse
Alios. ſcz burgundos

Cepit: adeſt animus non auditoribus vnus.
Vita aliĳs vox hec. alios/terrore pauentes

Exanimat. hebetat
Pectora. Burgundionum

Exanimat. frangitq; inopinus turbida rumor
pectora. nec refert: vera an mendacia turbent.

Sentencia.

Iudicium attonitis nullum eſt in ſenſibus. vllum

Peiora. q̄ ſuperſint/aut q̄ audit

Aut ſi forte quod eſt: fallax peiora veretur.
Attamen in caſtris/tonitru non mitior acri

Auſpex. diuinator. male enim aduerſum ſe auſpicabātur quicunq; Renati aduentū timebāt

Exoritur fremor. Et mortis ferus irruit auſpex.

Sentencia
Ore. ſupple pallenti
Diiudicat. condemnat

Namq;/animus/belli male conſcius: indicat ore
Quas meruit penas. & ſe diĳudicat ipſum.
Incipiuntq; metu rigidi manſueſcere: nuper

Grandiloqui. burgundi ſcz
Comparatio.

Grandiloqui. Sic ſepe lupum (cum captus ouile
Incidit in clauſum) triſtem/mitemq; videmus.
Qui tunc inter oues (& ſi ieiunus) ab ĳſdem

Pius. per fictionem

Non cuſtoditis: pius abſtinet. vlla luporum
Si pietas. oculoq; pecus clemente ſalutat.

Et de pace loqui vellet: vicinia si non
Illum (tota furens) iaculis saxisq; necaret
Insidijs plenum, stragemq; & furta volentem.
Autores lesura suos heu culpa resumit.
Castraq; metatos incepti penitet omnes.
Atq; superbificos verbis pretendere fastus
Dediscunt, ponuntq; minas. Et deniq; sortis
Coguntur meminisse sue. & sine vulnere vinci.
Et quod quisq; timet vehementius; eger & amens
Iudice necdum oculo credit. Te maximus autem
Carole terror agit. q̄uis hec verba locutum.

Sentencia

Castra metatos. burgundiōes
Nanceij obsessores
Fastus. arrogancias
Ponunt. deponunt

Sñ vulnere. scʒ metu ꝛ pauore

Sentencia.
Amens. hebetatus
Judice necdum oculo credit. i. quod nondum vidit credit

¶ Carolus suos alloquens de Renati aduentu pauētes



¶ O quibus est frustra barbato viuere mento
Concessum a superis; desint cum mascula vobis

Corda: quid hic tremitis: forti qui militis vsu
prelia tot/parto mecum finiſtis honore?

Hic ne. ꝛc. ideſt vtrum in cauſa ſim

Hic ne meo tremitis vicio: veſtro ve? philippi
Magnanimi me me generoſam forte negatis

Progeniem. filium
Lethen. lethe fluui⁹ infernalis qui latino vocabulo obliuionē ſignificat

progeniem? obliti quis ſim: Lethen ne bibiſtis?
Talia non humili iactabat voce. Suoq
Oſtendens digito ſemet: quis pectus in iſto
Corpore femineum accuſat? quiſve īcrepat? inquit.

Quiſnā. ſupple accuſat vel increpat

Corporis aut vires quiſnam? me longa laborum
Non vnq vicit tolerancia. nec mihi ſudor
Inſolitus belli eſt. bellantum aut vſus equorum.
Armorum nec enim me diſciplina/nec artes

Ducem veſtrum geſtis. q. d. q primus ſemper duxi bella
A puero. a puericia
Armor. armatus ſum
A cunis. ab infancia

Me/ latuere ducem (geſtis & nomine) veſtrum.
Nec tantum a puero/verum feliciter armor
A cunis. Martiq meum natura dicauit

Meum ingenium. meam inclinationem
Geneſim. naturam meam.
Influit. inſpirat
Gymnaſijs. excercitationib⁹

Ingenium. geneſimq meam/mars influit audax.
Cuius gymnaſijs (ſed ego quid nota reuoluo)

Tyro. ideſt rudis in armis

Doctus: ad hanc vrbem miles/non tyro/cucurri.
Nec mihi nunc dubię venturo in prelia/vires

Suppeditant. ſubſeruiunt

Suppeditant. hoſtem ferro diſcindere durum/
Et vitare ſcio: ſi fors depoſcit honeſta.
Tum foſſa ſepire locos: & ducere curuo
Circuitu vallum. legionibus atq maniplis

Imperitare;meum eſt.rebus diuerſus agendis
Opportunus ego;modo dux / modo prodeo miles;
Et mihi ſeu mentem bello;ſeu corpus in ipſis

Mentem.conſilium

Exercere opus eſt armis;mihi vendico dotes
Has ambas.quarum teſtes;non geſta negari
Queritis ; in quibus eſt laudis pars maxima veſtre.

Has ambas dotes. has duas virtutes ſcȝ conſilij ⁊ armoꝝ exercicij
Teſtes.vos exiſtentes
In quibus geſtis

Nec veſtri me cura ſubit dumtaxat. At hoſti
pectoris hos/frontiſq; oculos/& ſomnia noctis

Sõnia.cogitatiões nocturnas

Debeo. Nam quid agat rerum;qnid cogitet ; aut q̊s

Debeo hoſti Renato. cogitando ſcȝ qualiter illum deſtruam.

Conſulat euentus;ſunt hec labor omnia noſter.
Que profugo ſint arma duci;quibus erret in oris ;
Qua reditum ſpe querat iners; quas credulus vrbes
Auxilio mendicet;ego hac dux fronte voluto.
Diripio quecũq; parat molimina;fedus

Molimina.machinationes

Vt nullum firmet cum regibus ille remotis.
Omnemq; illi aditum obſtruxi;tamq; exulet omni

Aditum; ad patriam hanc

A populo. Et ſolus merens;ſe continet altis
Siluarum latebris.ac mortem(perditus)optat.
Suſpicit & ramos.atq; hunc nunc cernit; & illum.
Exemploq; ſui vitam finire Suffronis

Exemplo; ideſt ſuſpendio ſicut Suffron de quo ſupra facta eſt mentio

Queritat ille;meam ducis ac euadere dextram.

Dextram meam ducis . Caroli

Hunc tamen/& multum formidatis. Eumq;
Quem totiens vici.quem victum ex orbe fugaui.

Mihi capiti. mihi duci veſtro

Quo fugiente: fugam (nullo aduerſante) paratis.
Oh/mihi perpetuum capiti quod dedecus: egra

Membra. vos qui eſtis mẽbra mea

Cum modo membra negent/motũ preſtare virilẽ?
Sopiriqꝫ metu malint: ꝙ viribus hoſtes

Nõ ſemel. immo pluries
Delumbe. i. effeminatũ ꝛ non viꝛrile/ſine lumbis vl' caſtratum

perdere iam victos. & non ſemel enſe ſubactos.
Vos vtinam (quia cor vobis delumbe) peremptos

Conſpicer. vtinam videam
Venire. i. vẽdi. ſub haſta ſicut ſolent hoſtes captiui

Conſpicer. hoſtili aut captos venire ſub haſta
Victrici. mox ferte colos non tela redempti.

Imprecoꝛ. in malũ veſtrum pꝛecoꝛ hec pꝛedicta

Imprecor hec. victis nam vos ſeruire paratos

Anceps. dubius

Qꝫ regnare magis: cerno indignatus. & anceps
Hoſti ne/an vobis/potius mihi fidere fas ſit.
Aſt animos virtus veſtros ſi priſca recurſat:
Et mouet antiqui vos gloria nominis: oro

Fictis. mendacijs
Sed mens. ſupple veſtra
Non hic. ideſt in hac terra
Hoſpes. tãꝙ hoſpes ſed tãꝙ dominus et princeps

Reſpirate viri. fictis nec credite. ſed mens
parturit vnde metũ? nõ hic modo prĩcipor hoſpes:
Aut peregrinus ego. Lothoringum nomine nomen
Extinctum noſtro eſt. & noſtris interit armis.

Burgundio. nomen burgundionis ſiue burgundionum
Nomina. famam. ſiue quoad famam

Et celeber ſane cunctis Burgundio terris:
poſt ſe miſſa videt magnorum nomina regum.
¶ Hoc ratus eloquio fractam formidine gentem
Erigere: atqꝫ animos verbis accendere princeps:
Hec memorabat. At hunc effari plura volentem:

Primoꝝ. maximoꝝ clientum id eſt militum

Aduolitans cohibet primorum turba clientum.

Que magno in castris tunc vociferata furore:
Vidimus(acclamat)nobis orbicꝫ timendum.
Vidimus illum oculis(falsa nec ymagine)nostris. — Illum.scꝫ Renatum
Longacꝫ vix audent post interualla/Renatum
Dicere, ad hoc omnis fremuit Burgundio nomen. — Ad hoc nomen.scꝫ Renati
Huius ad exemplum gentis/dum sibilat algens — Comparatio.
Os Boree:cernis densas horrescere fagos. — Algens.frigidum Horrescere.tremere
Astrisequosqꝫ prius/ramos demittere terre — Astrisequos.i.astra sequētes
Tristiciamqꝫ sequi. Et que frontis signa superbe
Nunc aderant:abeunt.mutilusqꝫ a turbine surcus: — Surcus.i.ramus abcisus
Dedecorat quicquid pulcherrima gesserat arbos.
Aut cum forte lupum sparse videre bidentes: — Comparatio.
pastorem celeri repetunt pede.vimqꝫpauoris/
Et visu & gestu ostendunt.nec voce latrantum
Nec domini/tute.simplex sed languet ymago. — Simplex.idest hebetata.ymago ouium
Atqꝫ gregi impressus: vix tūc timor aufugit. Hostē — Sentencia.
presentatqꝫ oculis motus formidine sensus.
Et procul absentē.pauidos quod turbat: amarū est. — Sentencia.
Inficit & fortes vicinus terror: in omnis — Inficit.turbat In omnis/in omnes burgūdos
paulatim obrepens.ꝗuis animosus opertum
Dissimulet morbū hunc prīceps:culpetqꝫ stupētes. — Princeps.scꝫ Carolus
Visaqꝫ iam multis dici crediqꝫ/minaci — Visaqꝫ.s. armata agmina Renati
Voce dehortatus:penas credentibus addit. — Dehortatus.idest prohibēs vel dissuadens Addit/imponit

Sentencia.
Spinas saliũca minore. i. punctus saliũce non tantum tormẽtum facit ꝙtum facit summus metus
Saliũca. herba spinosa
Serui. dicentes Renatum aduenire

Sed summo que pena metu violentior? Aut que
plus animum torquet? Spinas saliunca minore
Tormento/obiectat durum calcantibus aruum.
Sed dominum/serui postꝙ vicere procacem:
pernegat ipse tamen querenti bella Renato

Grandia membrosa: q2 germani magne sunt corpulentie

Heluetias adiungi acies: & grandia Rheni

Sentencia

Corpora. Quam metuat/rem credit nemo libenter.

¶ Carolus suos secundo alloquens de
Renati aduentu pauidos.



Mesta ducem sed vbi liquere silentia mutum:
Has rursum orditur voces grauis. O mea vestris

Verba velim vinci. venit quem querimus ergo.
Quesitusq; diu: nostris sese ensibus offert:
Sospite quo: vera est nūq; victoria nobis.
Tutius ipse fugam faceret. qui retia lassus
Nostra subit. victe est hec desperatio gentis.
Compulso in mortem: terre is patet angulus. istis
Iam victo dulce est mandari corpus arenis.
Dijs patrie/haud armis confisus (femina) fractis
Viribus: huc recidit. qui qd' nūc Marte petendū est:
Ab superis fusa querit prece: mollis/& infans.
Huc cogente redit fato miser. atq; relictus
Totus ab his quos Rhenus alit. quia paup. inopsq;.
Quem/quia pellexit spes nunc ridenda: coactum
Ex agris infame hominum genus attrahit. omnes
Tractus in erūnas. & querens morte quietem.
Is tamen vt valeat. vestras cautissimus aures
Insigni terrere metu: dat nomina genti
Falsa sue. & verbis tenuissima grandibus inflat.
Heluetiosq; vocat/quecunq; examina gentis
Secum habet. & falsę vos terret fulmine vocis.
Ille/nec vt miles/verum vt vulpecula/sacre
Milicie detractat opus. Sic vincere tentat
Fraudibus. A quarum nexu/vos vellere nauo.
Sed cupimus falli: qui non obsistimus. ille

Venit. sc; Renatus
Quo sospite. quo viuente vel nō mortuo
Gentis victe. gentis Lothorige
Compulso. sc; Renato
Dulce est. supple Renato
Corpus. ipsius Renati
Dijs patrie. i. sanctis
Cogente fato: cogente fortuna
Quos Rhen' alit. scilicet Germanis
Pellexit. cōmouit
Coactum. congregatum
Insigni. magno siue notabili
Tenuissima. id est gentem paruā quam ad preliandum ducit
False vocis. False vocādo eos heluetos
Opus. idest sacramentum
Vellere nauo. euellere laboro.

Fallere.& Heluetico ſua callidus agmina ritu
Gentem mentitus. q: non ſunt heluetij quos ducit ſed Lothoringi
Atqꝫ habitu ducit.gentem mentitus/& arma.
Scrupum. ideſt dubitationem
Sic ſcrupum iniectat trepidis.ſic ille timeri
Cultum. i.habitum gentis ſcꝫ heluetiorum
Se petit.& cultum gentis non corpora ducit:
Thermas.i. ſtufas vulgariter
Subitura.ſcꝫ heluetiorꝝ corpa
Hoc hyemis curſu thermas ſubitura calentes.
¶ Agnoſtis(nec enim gens vos germanica fallit)
Q̄ ſit difficilis motu.cum territat illam
Nix glacieſqꝫ foris.contra/cum mulcet eandem
Liber.i.bachus ſiue vinum
Venuſqꝫ.i.amica vel vxor
pigra domi requies;vbi ſit Liberqꝫ Venuſqꝫ.
Sit licet īmanis;truculento & dedita bello
Dicta a germine. i.germana dicta a germine ſiue germinando quia populoſa
Natio/que vobis(a germine dicta)timetur:
Tectis ſudātibꝰ.ſtufis calidis.
Non tamen a tectis quiſqꝫ ſudantibus / illam
Lucroſa.magna ſtipendia
Attrahet in campos.& ſi lucroſa dabuntur.
Mars. animus bellicoſus
q̄ꝫ venus.q̄ꝫ amor mulierum
Filius tonantis.i. bachus ſiue vinum. Jupiter ſcd̄m poetaruꝫ hiſtorias ex Semele genuit bachum vel liberum.qui pro vino hic ponitur
plus nec in his poterit Mars q̄ꝫ Venus.atqꝫ tonātis
Filius ex Semele.nec atrox nudiſſima tempus
Corpora delectat.pertuſo aut obſita panno.
Obſita. veſtita
In male veſtitos furit Eolus.hos ego ſcitos
Redolet.ſentit
Penula.veſtis tenuis
Crediderim:quorum redolet nunc penula prunas.
Mole.magnitudine
Bicorpor/quaſi duorꝝ corporꝝ.
An ne gigantea quia gens hec mole bicorpor
prominet in celum procerior:inde pauorem
Exigit a vobis? An ſe vult inde timeri?
Sanus.prudens
An ſatis hoc cauſe eſt? animos/non corpora/ſanus
Metior.menſuro
His.ſcꝫ corporibus
Metior.his/quoniā pecudes contingimus.illis
Illis. videlicet animis.
Nati.apti
Nos ſine carne deos;tranſcendere ſydera nati.

Quante animo vires aſſunt:ego corpora tanti
Eſtimo.nec pluris.clamante ad tempora vulgo
Hoc mea.Non homines in pollice mercor & vlna:
Solus at in precio eſt animi vigor . auctaq; mẽbris
Corpora: ſunt oneri nobis:ſi pluſcula ſurgunt.
Nec metuenda.animos vobis noua fabricet incus.
Vos ſpectate precor nature corda minoris
Semiuiri. a paruo virtutem diſcite magnam
Accipitre. Ardua ſunt: que tantulus audeat ales.
Nam bello accingens generoſus in aera ſeſe
Dum volat: occurſet longuo licet ardea roſtro
Et collo ac pedibus grandis:tenuiſſimus altam
Altior inuadit.bellum gerit ardea contra.
Et roſtri iaculo ſe protegit aſpera.miles
Aliger atq; audax nil ad rem computat artus
Ingentes maioris auis: longa arma gerentis.
Sed ſibi confidens/nec bello inglorius:auras
Circuit.& ſupplent pedibus pendentia motis
Era/tube ſonitum.quo cordi audacia creſcit.
Nec prius aerijs reuolat venator ab armis
penniger:ac victor fiat.curuiſq; rapinam
Vnguibus implicitam: crebro rotet ore cadẽtem.
Quã(ſuper incumbens)ſequitur.predeq; cruentus

Sentencia.

Ad tempora.ad aures

Non homines. ꝛc.cõe ꝑuerbiũ quo communiter dici ſolet ꝙ in pollice ꝛ vlna/non emuntur homines more pannorum/ſed pro animi viribus eos eſtimamus

Noua icus.noua ſuaſio que ſequitur de accipitris ꝛ ardee cõparatione

Comparatio.

Semiuiri.vos ſcz clientes mei

Accipitre : falcone

Grandis.ſcz ardea
Tenuiſſimus.i.puus.ſ.accipiť
Altam.ardeam
Altior.ſupple volatu.ſ.accipiť

Miles aliger/accipiter

Longa arma. longum roſtruz ꝛ longos pedes

Era. campanule ſiue nole eree
Quo/ſonitu

Venator.pẽniger.ſ.accipiter

Ac victor .ideſt ꝙ victus

Orbe.circuitu

Sequitur.ſupple cadẽdo cũ ea

Sanguine:calcat humi tam longum cruribus hoſtẽ.
Tam longum roſtro.longum ceruicibus.alis.
Grandia ſic modicus tandem morientia ridet
Membra animoſus.et a duro certamine(felix
Factus)ad aſſuetam domini redit ille ſiniſtram.
Quid moror his pauidos vos exemplaribus? ite
Ite.timete homines:a quorum turpiter vmbra
Vincimini.O pueri/magnos trepidate coloſſos.
Natus is ad menſas populus:conuiuia mandax
Atq; bibax ſolum ſectatur.molliciemq;.
At non militiam.ventres his paſcere.nobis
Eſt animos ardor.gula porcos impleat.at nos
Gloria bellorum:populo non nota nepoti.
Nam quos feda ſues ſibi crapula nutrit:obeſos
Hos eadem mactat.nec honeſti vulnere Martis
Expirant.ſed fata mero/atq; voragine querunt.
Quis pauet illorum gladios? quis ſpicula? quorũ
Nunc manus ad calices ſeſe occupat vtraq;.latas
Suſtinet &(naſo lachrymis ſudante)lagenas?
Torridulo tolerare ſitim ſub ſole/recuſant.
Frigida donec hyems ſeuit:ſe credere celo.
Quare hoſti & nobis(ſemoti)bella relinquant:
Atq; hyemem.ſed nos tempus vincamus & arma.

Ridet.cõtemnit.ſcz accipiter
Aſſuetam:qua portari ſolet
Moror.detineo
Umbra.ſupple ſola quia nõdũ eos vidiſtis
Pueri.vos ſicut pueri
Coloſſos.coloſſus ingens alicuius ſtatua eſt ad eius perpetuam memoriam
Mandax.multum comedens
Molliciemq;/voluptatem
Non nota/ſczgloria
Nepoti.guloſo
Obeſos.pingues
Hec eadem.ſ.crapula
Fata/mortem
Voragine.guloſitate
Calices.vaſcula potoria
Torridulo.modicum calido
Se credere.ſupple recuſant
Semoti.longe a nobis poſiti germani

Vicino sed nonne metu perculsa/ Renato
proxima gens vires dabit? & miserebitur eius:
Vltima contigui quem linea diuidit agri?
Quis metuens/nostris ne fines finibus addam:
Corpus ob ignotos opponet barbarus? Absit.
Vnde Renatus habet comitantis fortia turbe
Agmina tot? verum est quod vulgi dicere tritus
Mos solet. It solus socium qui non habet aurum.
Cum capta in nostrum cedat Lothoringia fiscum:
Et iusto mea nunc armorum iure vocetur:
Vnde Renatus habet quo me cum gente potentē
Finibus abstrudat longo iam tempore nostris?
Vnde illi vires: cuius vectigal/ & omnes
possideo victor terras fortissimus? vnde?
plebeījs pietate viris persepe venitur
Subuentum. ducibus solum seruitur ob assem.
Sola dat omnipotens & sancta pecunia robur
principibus. qui si frigent: nec prodigit horum
Dextra: nihil fiunt. nec habent ad vota sequaces.
Hic punctū. hic breuis est verborū summa meo℞.
Hic meta est. querunt hec regem secula nūmum.
Et belli neruum veris hunc vocibus aiunt.
Sic/ duce nemo hominum pro paupe militat. audet
Nemo hominum: nemo pro principe paupe. dicam

Vicino sed nonne rc. quasi dicat germani metuentes ne eis accidat sicut Lothoringis quibus vicini sunt/ vires Renato non dabunt
Eius. scz Renati
Quem. Renatum. vltima linea cōtigui agri scz terre lothoringie diuidit supple a germania q̄ patrie immediate vicine sunt
Ignotos /scz Lothoringos

Sentencia.

It solus rc. prouerbium cōe qd sub alio prouerbio dicitur qui pecuniam non hz famulo caret
Capta/ supple a me

Habet/ pecunias supple
Cum gente. mea plurima

Vectigal. tributum

Sentencia.

Plebeijs. infimis & pauperib9
Ob assem/ ab nummos

Sentencia.

Frigent. inopes sunt
Prodigit. prodigaliter dat

Sequaces. secutores

Punctum. idest finis

Sentencia.

Nummum regem. i. omnia regentem

Sentencia.

Profugo.fugiente a facie mea

Et profugo.profugi quis vero principis vllas

Nomē iane. sine re sine effectu

Esse putet partes? nil nomen prosit inane.

Nolis tu. hoc est nemo vult

Insuper/egregios fortesq; lacessere nolis:
premia si desint: & multos feceris host es.
Quorum odium(genibus nūq; placabile flexis)

In pluma.in lecto
Laruas. terribiles visiōes.larue dicuntur falsi vultus/hominis vultui superpositi ne agnosci possit
Vulgi.alioꝝ seruitorū siue cliētum meorum

Te neget in tuta somnum deponere pluma
posse.sed innumeras referent tibi somnia laruas.
Vos igitur proceres oro. & vos credula vulgi
Turba nimis/reuocate oro/reuocate priores

Stabilite.confirmate

Et stabilite animos.nec vos nunc ficta timentes
Fabula deludat. quicquid vos terret: id vmbra est.
Nostra Renatus adest qui sese in vincula mittat.
Nonne ideo timuisse decet? quem queritis ergo

Obruite.occidite

Obruite.hunc si non vinclis mauultis & arto
Carcere mancipium. vobis hunc fata remittunt.
Perdite si vultis. vos aut seruate: perennes
Inter(perpetuo flentem merore)cathenas.

Sine re.sine honore
Huius auum. Philippus Caroli genitor apud paguz bellonevillam Renatum seniorē Andegauie ducem z Sicilie regē/Renati iunioris auum/bello superauit/et in vincula cōiecit/ z Barbazanum prelia ipsius Renati regentem et disponentem interfecit
Siculas z dbuit.supple regere tanq; verus dn̄s. quis in effectu non regeret
Arces. dominia Andegauie et Sicilie
Timentem.Barbazanum

Et vos tunc sine re nomen ridete Renati.
¶ Huius auum regem/qui nomine dictus eodem
Rexerat Andegauas(Siculas & debuit)arces:
Captiuum genitor misit ne in vincula noster?
Misit.& egregium(memori si nomen in ore est)
Tunc Barbazanum capto pro rege regentem
prelia: confecit.mortis nil tela timentem.

Ipſe acies qui tot/qui tot vexilla/tot enſes /
Duxerat: & felix: & primis victor in annis:
Victus apud pagum eſt/ex te o Bellona vocatum
Belloneuillam: Barrenſi ſcilicet agro.
Ergo infelices ad bella timete Renatos.
Nomen & infauſtum, genus ac imbelle virorum.
Noſtro preda patri ſenior fuit. Ecce futurus
Nobis preda nepos, nec auo felicius iſte
Aduerſum inuictos veniet latrunculus enſes.
Inter em̄ paucos illum Fortuna latrones
Huc reuehit, nec humo hac perituro gratior vlla eſt.
Ille obitu repetit luſtrum lepus, heu mihi; preda
Diſquiſita diu: nunc eſt oblata; trementi
Sed populo, atqꝫ vtinam tantum mihi dedecus ip̄i
Mors prius ereptum damno veniſſet honeſto.
Morte hominis/grauius norunt illuſtria quicqꝫ
pectora, mors quid ſit viuax/agnoſcere vultis?
Corporis hec non eſt, ſed leſi vulnus honoris
perpetuum/mors eſt, hec dico vulnera mortem.
Virtuti ac famę turpes intexere neuos:
Atqꝫ noua maculare vetus formidine nomen
Antea tam fulgens: animo diſponitis vno.
Nec bellum/ſed forte fugam (maioribus acti
Vos furijs herebi) vultu monſtrante paratis.

Ipſe. Barbazanus

Primis. tranſactis

Bellona. idest dea belli. multa ſunt lothoringie caſtella ville ⁊ oppida a falſis dijs paganorū nuncupata/ vt a bellona belloneuilla a lūa. lūariſuilla a dyana dyaneuilla a marte. Martiſuilla a ioue Iouiſuilla. ⁊ multa alia

Renatos. ſcʒ auum ⁊ nepotem

Virorum. Lothoringorum

Gratior eſt. ſupple illi

Luſtrum. domum

Lepus. morituri lepores locum in quo habitare ſolent naturaliter repetunt

Populo. ſcʒ meo

Grauius. videlicʒ infamiam

Viuax. ſenſibilis

Sentencia

Neuos. maculas

Nomen/ſcʒ burgundionis

Furijs herebi. tres ſunt furie infernales. allectho/cteſiphone/et megera.

Frustra oro aut impero. frustra vtrumqꝫ facio
Spretus. a vobis
Scelus hoc. spnere iussa mea
Hic. scꝫ in castris
Tutum. i. in tuto siue extra timorem
Milite. viro militari
Fluunt/timore scꝫ
Onerosa est/q. d. nulla
pulchrum dictum
Leones. vos tamq̄ leones
Gessistis. supple antea
Vulpem. Renatum
Cruciatus. ego carolus
Voto. desiderio meo
Fustibus aera cedo. i. opā pdo tamq̄ acrem verberans

Quid tamen hic faciā? frustra oro aut impero. peccet
Qui volet hic. peccet quisquis volet. hic ego frena
Nulla rego spretus. mea spernite iussa. precesqꝫ.
Et scelus hoc vobis dulce ac impune putetur.
Sed mihi non. Nam si liberrima cuiqꝫ facultas
Hic male peccandi est: nihil est discriminis inter
Castra ducum: furumqꝫ. Igitur parete refrenes
Imperijs saltem iustis. & viuite tutum.
Tum seruate metu in magno/cor milite dignum.
Aut si corda fluunt: vultu gestate sereno
Non alios q̄ Mars oculos ad prelia portat.
Vos trepidi/vestros in me transferte timores:
Si datur a superis. id erit portabile nobis
pondus: vti nullum. Que forti sarcina tergo
Magnanimi incōbens onerosa est? dura? grauisve?
Credo lupum vidistis oues. Qui corda Leones
Fortia gessistis: vulpem trepidate fugacem:
Cui daret heu vestra hec longos trepidatō risus:
Ni maiore etiam q̄ vos terrore paueret.
Quo fit/vt haud modici cruciatus tabe doloris
Viscera: surripior voto. delirus at aures
Alloquor obclusas. & fustibus aera cedo:
Non manibus tandem vestris ego dux Leo/verum
Hec dijs castra bonis iam defendenda relinquo:

Solus in aduersos audens. mihi viuite testes:
In miseram proni mortem. nec viuere digni.
Fecerat his finem verbis/cõmota loquentis
Ira ducis. qui tunc acres a pectore flammas
Expuit ethneo. sese confessus acerbum/
Infestumq; viris hostem Rhenensibus ipse.
Sic gentem largo melioris munere celi
Fecundam ingenijs: fecundam viribus: atq;
pacis & armorum ducendis artibus aptam:
Vniusq; dei cultu ac pietate coruscam:
Falsidicus defert. & per conuicia mordet.
Heu qui sancta toge non diligit ocia: semet
Non amat. ast ficto suspectos crimine culpat.
¶ Ergo operosa suos oratio principis/ & si
Mouerat armatos: tristesq; vtcũq; leuarat:
Nulla Renatisequas tardant retinacula turmas:
Nec tempus: nec iter: celi feritate molestum.
Nam Iani cum prima nouum mortalibus annum
Lux daret exurgens: Lothoringos ecce per agros
Agmina se effundunt germanica. Teq; sequũtur
Arma Renate/ quibus notum te feceris orbi.
Nil auidis durum est. Sed qualiter ore liquatis
phebeo niuibus/ celso de culmine montis
Descendunt amnes: frangitq; obstantia torrens

Audens. ego Carolus
Viuite. viuendo estote

Proni. pre timore

Ethneo. ardente/ ethna enĩ Sicilie mons est igneas flammas eructãs a quo ethneus. i. ardẽs

Sic gentem. autoris verba de germanice nationis laude

Coruscam. fulgentem

Defert. accusat

Sentencia.

Toge. pacis
Ocia. tranquillitatem
Culpat. scz: Carolus
Operosa/ laboriosa

Vtcunq;. aliqualiter

Cronographia.

Arma. i. gentes armate

Sentencia.
Comparatio.

Torrens/ a monte descendẽs

Gentiq;.germanice.duciq; Renato

Omnia; sic nihil est gentiq; duciq; quod obstet.
Fata ducum mutat nascentis circulus anni

Sentencia.

Terrificus. scz burgundis
Rotis.circulis.siue influentijs
Affixa.subiecta
Sors hominum/ fortuna hominum. Nam terrestris hominum portio syderū motibus rite subiecta putatur
Oberatos.idest ere conductos

Terrificus. Celiq; rotis affixa probatur
Sors hominum. liquet ire suo res ordine cunctas.
¶ Dux vt oberatos cernit Lothoringus amicos:
Viscera terrarum pertingere tota suarum:
Vicimus o socij clamat. Tum vicimus/omnes
Vniuoco ad celum (vi pectoris) ore reclamant.

Hoc opus est facto. scz vt Carolus firmet vestigia. i. pedem et non fugiat

Hoc opus est facto tantum: vestigia firmet
Sepe fugax princeps. & nunc expectet an aptas
Ad bellum generosa gerit Germania vires.

Posse fuga. Heluetiorū et Germanorū verba

posse (fuga tantum) nostras euadere dextras
Se sciat is timidus: cursu/non viribus audax.
Nunc saltem dicat: mea fixus castra tuebor.

Ad palmam. ad victoriam

Hoc satis ad palmam est nobis: tam grandia si re
Verba breui firmet/dicto hoc: p̄stolar hic hostes.
¶ His modo decursos implebat vocibus agros

Phalanges: armorū societates

Omnis in aduentu legio. Rheniq; phalanges
Gauise: valido sua verbere tympana tundunt.
Et patrio pro more tonant: ad prelia leti
Heluetij. qui tunc velut ad conuiuia currunt:
Missuri ad manes multos: aut forsan ituri.

Terram. scz Lothoringam
Saluere. idest saluam esse
Jubent. optant
Peregrina. i. non lothoringa sz germanica et extranea

Et terram saluere iubent. peregrina locuti
Verba. nec indigenis satis intellecta Lothringis.

Vox exultantes tamen indicat. indicat oris
Et color & gestus. saltantis & ipse superbus
Gẽtis gressus. humũq; tremor p̃ssam occupat oẽm.
Senserunt silue: senserunt rura: viriq;
Obsequium aduenięs. & nutu patria leto
Tunc hilarem sese (cum desint verba) profatur.

Humũq;. tã magnanimo gressu solent Heluetij in prelia procedere vt ad eorum gressum tremere terra videatur

Nutu. capitis signo. loco verborum germanicorum que Lothoringis deerant

¶ Renati cum Heluetiorum & Germanorum turmis / in oppidum Sanctumdeodatum aduentus: cum ingenti incolarum leticia.



¶ proxima Germanis Lothoringe portio terre est:
Descensu accliuis. quam sub radicibus alte

Theutonie.ge: manie siue ale=
mannie
Oppidulum.p: um oppidum

Theutonię positam: veteres dixere Vosagum.
Oppidulum sedet hic: quod(fama nobile)diui

Templa. eccl'az vel eccl'as que
In oppido due sunt
Nomen patroni. Nam huic op
pido nomē ē Sancto Deodato
a nomine patroni
Fauce.i. aditu vel via

Templa Deodati muro circundat. & almi
Glorificum gaudet nomen se ferre patroni.
Hac primum in patriam est exceptus fauce Renatus:

Applausu. leticia

Ingenti cunctorum applausu. largeq; profusis

Autoris verba.

Leticie lachrymis. Dux expectate videri /

Facultas. possibilitas

Et tangi/optaris: si detur cuiq; facultas.
Dextram aliis: aliis armatum tangere corpus
Concessum est. pleros q; iuuat palpare superbi
Et spumantis equi crines. aut colla. vel armos:
Aut humerum; extremā tremulā ve per aera caudā.

In paruis rebus. sez tangendo
crines equi vel caudam
Socia gente. Heluetiis

Et magna in paruis querunt solacia rebus:
Qui dominum tuti socia cum gente reuisunt.
Ast vbi dux patrie/desideriūq;/salusq;/
Spesq;/ Deodati portas vrbemq; subiuit /

Sub noctem. iuxta noctem

Sub noctem; atq; epulis & somno/seq; suosq;
Instaurauit: equum scandens/se surripit istinc.
Commendatq; suos(qui mox sequerent̃)amicos.
Filiolosq; vocat: quos aduehit. & sua tamq;

Sua pignora. suos filios

pignora tractari iubet hos clementer: aliq;.
Atq; vale dicto: bellis maturat & hosti
(Hoc si fata sinunt)optatum imponere finem.

Namq; domi foris est: qui nil ibi possidet. Estq;
In patria peregrinus homo: quem subdola terret
Vis ferri: princeps violateq; accola terre.
Hec Ferriciden stimulabat cura Renatum
Continuare viam. post cuius terga cohortes /
Telaq; / & e toto descendunt bellica Rheno
Signa. trucesq; hominū vultus Lothoringia laudat.
Et sperata prius: nunc primum & visa: per auras
Admirante volant oculo vexilla: benignis
Iam ventis agitata. regi sic aspera se sors
perpetitur. nubesq; duci risere Renato.
Et se celum aperit: vultu / solemne. reuerso
Dans reditum. & modo se nebulosus februat aer.
Hinc vexilliferis labor est iucundus. onusq;
perleue. nulla animos affligit pena volentes.
¶ Vltima tunc mensis fuerat / currentis & anni
Illa dies: cum Theutonicus Lothoringa p arua
Miles adest visus: Martis procedere pulchris
Ordinibus. numerosq; sono seruare tonante.
Crastinus at deinceps ferro victricia Ianus
prelia Nanceijs spondet: iuratq; procellis.
Inq; diem differt quintum promissa: daturus
Afflicte requiem patrie. penasq; necemq;
Hostibus. O Ianum fors vix latet vlla bifrontem.

Domi. supple existens / qui nihil ibi possidet foris esse intelligitur
In patria. supple sua
Subdola. dolosa
Princeps accola. alienus habitator: siue aliunde ad habitādū veniens. supple terret
Ferricidem. Renatum Ferrici filium
Signa. vexilla
Regi. gubernari
Aperit. serenat
Reuerso. reuertenti Renato
Februat. purgat
Sentencia.
Cronographia
Miles. idest milites numerus pro numero
Sono. i. tympano sonante / scd3 eū tympani sonitum heluetij suos gressus moderant in pcietu
Nanceijs. idest nanceianis
Procellis. i. fulminationibus
Bifrontem. añ & retro videntē

Ergo hunc turba ducem sequit̃ numerosa : globosis
Quottidie accrescens legionibus, atq; viarum
Vix capit arta viros & equos angustia.resq;
Bella sequi solitas.& quas deducere: longum est.
per tacitos clam fama locos que serpere primum
Tentarat latitans: nunc(non clandestina)celo
Se leuat. & patulis diuerberat ethera pennis.
Semet & insinuat per compita.perq; domorum
Tecta(replensq; vrbes)tinnit venisse Renatum.
Hoc pueri hoc vetule recinunt. Elinguia famam
Sed nec bruta silent. volat ore Renatus in omni.
Et q̃tum armato posset certamine princeps
Iunior: adducto potuit clarescere cetu.
Coruus at e castris tunc est maledicta locutus
Verba: cauo crassas ructans a gutture voces.
precinuitq; viris stragem castrensibus: ensis
Quã faceret Lothoring⁹.& hanc promisit ab vlmo.
Approbat infami plumosus corpore bubo
Corui verba senis: pyrrhę quoq; tempore nati.
Et vicina graui predixit funera cantu.
Nocturnos torquetq; oculos ad mesta Leonum
Castra.cadaueribusq; inuitat rostra luporum.
Multaq; portendunt volucres horrenda.canesq;
Qui tunc rura tenent.nam nullus in vrbe latrator

Hunc ducem Renatum
Arta.stricta
Res solitas sequi bella.scz arma/currus/cõmeatum.idest victualia
Tinnit.tinnitu docet
Elinguia.idest muta/dicũtur bruta loq̃ndi facultate priuata
Famam.scz venientis Renati
Iunior.Carolo.aut in effectu iuuenis
Maledicta.infelicia
Castrensibus.burgũdis in obsidione Nanceiana existẽtibus
Senis.veteris
Pyrrhe.idest vxori deucaliõis qui scd̃m poetarum historias fuerunt tempore magni diluuij
Nati.scz corui
Vicina.propinqua
Torquetq;.scz coruus vel bubo
Cadaueribus/supple futuris
Portendunt.minantur
Nullus in vrbe.&c.quia ciues eos comederant

Tunc erat. hos fecit mors deplorata silentes.

❡Certior indicijs princeps at Carolus istis
Redditus: atq3 pauens non falsa pericula: nulli
Nec metuenda: animum partes alternat in omnes.
Et se querit vtro melius sit vertere. An ora
Terga vedet: dubitat. libra suspensus in equa.
Hoc metus hortatur. verum illud suadet honestas
Ambitiosa. diu pugnant precordia: prelo
pressa graui. Et nunc hoc (nutans) nũc expetit illud.
Et mox consilijs diuersus damnat vtrumq3.

Nec metuenda nulli. idest metuenda omni
Alternat/diuersificat
Vtro/idest quo / siue ad quem locum
Terga vedet/ supple hostibus

Hoc/scz terga dare
Illud/scz ora dare/et expectare hostes
Ambitiosa/laudis cupida
precordia/cogitationes
prelo. pondere. prelum dr torcular ad vuas premendas
Nunc hoc/ scz fugam
Nunc illud. scz prelium
Diuersus/varius

❡Carolus gesta sua recitando suos tercio alloquens
& proinde ad bellum animare studens.



❡Verbaq3 composito (q̃uis trepidantia) gestu
Sic orditur. habet finem/si vultis amici
Finem habet optandum nobis res bellica. necnon

Longus ob arma labor. tutusq; ad littora portus
Nos vocat. hunc vno restat perstringere bello.
Nec quo se eripiat nobis tutore Renatus
Comperit. & requiem venatur (morte) supremam.
Inueniat quod morte petit. tum tristia sprete
Tedia iam vite/conflictu eliminet isto.
Huic ego sic patrie reducem promitto Renatum.
Non erat huic forsan cum paruo gentis aceruo
Dulce mori stolido: traheret nisi barbara secum
Ora hominum: que nec potuit/nec pectora nosse.
Heluetiosq; vocat: quos aduehit. hoc quoq; solo
Nomine vos terret: quo se fallaciter armat
Callidus. obiectat nec tela. vocabula tantum
Falsa timetis. At hunc poterit quis ferre pudorem?
Ipse illos vtinam secum vehat. E quibus/vna
principe cum misero noster se vindicet ensis:
Iamdudum optatum sperans haurire cruorem.
Materiam vobis audendi in prelia: donet
Nuda hominum gens hec. & cum duce p̄dita nudo.
Et puero. & rerum ignaro: quas bella requirūt.
At contra armatos q̄ꝫq̄ sit honestius arma
Iungere: si nudi irrumpunt: armatior/atq;
Tutior/& vestro veniens sine sanguine pugna est.
prosit & ad vires: q̄ vobis Carolus adsum:

Perstringere. amplecti siue attingere.

Eliminet. excutiat a se

Huic patrie. Lothoringie scz
Reducem. idest reuertnetē. dicitur em̄ redux qui reuertitur ad eum locum a quo discesserat
Stolido. stulto scz Renato
Ora barbara. ignote lingue

Fallacicer. fingendo eos eē heluetios

Illos. scz heluetios
E quibus. de quibus:

At cōtra. i. aduersus armatos.

Si nudi. irrumpunt supple helueti /armatior & tutior ē pugna vr̄a/q. d. q̄uis sit honestius cōtra armatos pugnare tuti⁹ est tamen contra inermes

Non puer.hoc(ſemper felix)in pectore nomen
Sit veſtro.ſtupidas firmetq́ʒ ad fortia dextras.
Tum genus/& virtus animi/mea veſtraq́ʒ: nulli
Succubuiſſe ſciens.& amati vafria belli.
Diuitis Europe quis noſtro eſt angulus enſi
Intactus? Celo potuit que terra ſub illo
Euaſiſſe meas(& non ſine viribus)iras?
Quas/nec adhuc.Sed ſit ſatis hoc.mordatius vrit
Cura animum pñs:q̃ʒ que poſt terga relictam
Se videt.& tantum hic iuuat in prius acta relabi.
❡Quid q̄ Eburonicam rigida cum plebe rebellem
(Sed domitam demum)quondã pfregimus vrbẽ?
Vſſimus & Gandas poſt ſtragem & funera leges.
Nouerit hoc:qui me nondum timet.Et fera forti
Colla duci ſubdat:veniam depoſcere doctus.
Nam mihi(nec negat hoc ratio)libet eſſe feroci
In rigidos. Equidem vicinum hoc credo ſeuere
Virtuti vicium.laudiq́ʒ aſcribere fas ſit:
Cum ſibi crudelem ſubigit vehementior hoſtem.
Clara animi virtus hoc cordi ſuggerit alto:
Atq́ʒ Leoninis ĩmurmurat auribus/acres
Tris tantum has voces.Cogas inflexile/rumpi.
His valui tumidus verbis in Eburones.hoſq́ʒ
Ante oculos Ludouice tuos rex inclyte vici:

Sciens.ſcʒ virtus mea ꝛ vr̃a
Vafria.prudentia

Europe.tot⁹ orbis in tres prin
cipales ptes diuiſus dicit̃ ſcʒ
Aſiam Affricam ꝛ Europam
Quis angulus.q.d.nullus
Celo ſub illo.ſcʒ Europe

Quas nec adhč.ſupple faciaui

q̃ʒ que.cura ſcʒ
Relabi.reuerti/ea recitando

Eburonicam.Eburones antiq̃
vocabulo/moderno tẽpore leo/
dios nominamus

Gandas leges.gandaui certas
leges condiderant aduerſus fi
ſcum Philippi genitoris Caro
li/quas ipſe Carolus poſt ingẽ
tem ciuium ſtragem/extra oppi
dum factam/igni comburi fecit

Vicium.ſcʒ ferocitatis
Aſcribere.ſcʒ ferocitatem

Eburones.leodios
Ante oculos.ꝛč.vrbem Leodiũ
dum Carolus ferro flãmiſq́ʒ va
ſtaret Ludouicus francoꝝ rex
in quo leodienſes ꝯfidebãt ad=
uerſus eos pugnabat pro Ca=
rolo/ꝛ ad deditionẽ eos copulit

Gentis belge. gallia omnis/in belgicam/celticā/ꝛ Aquitanicā diuisa est
Bellouacos. beluacenses
Ambiduanos. idest ambianos/ p themesim interposita sillaba du/metri causa/sicut dicim⁹ induperatorem p imperatorem
Integritate nominis antiqui. q̄ se regi Ludouico tradiderāt

Quin Belgę florem gentis mea terruit etas
Feruida Bellouacos. & terruit Ambiduanos:
Et mihi periuros ac integritate carentes
Nominis antiqui. Et nunc hostes. Antea fidos.
Quos vtrosq̨ viros/posthac(si viuo)reuisam
Fortior ac dudum. victis iucundus & illis.

Dacos/idest Normannos/qui antea Norueij/nunc Normanni nuncupantur

Inde sed ad veteres & stirpe & sanguine Dacos/
Norueiosve/nouo Normānos nomine dictos:

Agri/Normannici

Irrupi armatus. pinguis vastator & agri.

Urbem Rhollonis scz Rothomagū/cui⁹ vrbis Rhollo dux fuit precipuus/ꝛ quē in angustijs adhuc in auxiliū repetunt clamantes ha Rol. ha Rol.
Illustris/scz dux Rhollo

Et properans ducis egregiam Rhollonis ad vrbē/
In qua morte iacet (sed gestis/iusticiaq̨
Viuus/& illustris)ciues in bella vocaui.

Fauces/aditus

Circuiensq̨ vrbis fauces:ego ciuibus horror/
Tentaui an vellent armis contendere. Remq̨

Propter. i. iuxta/aduerbialiter

Difficilem aggressus:fixi tentoria propter.

Sequana/fluuius Rothomagi
Cunctus/omnis piscis

Et viso stupuit me Sequana. cunctus & equor
Finitimū petijt:solita non tutus in vnda
piscis. & auxilio gentis tunc Rhollo vocatus:
Erexisse caput voluit. Mors fortibus obstat

Sentencia.

Hoc patre. scz Rhollone
Neustria. Normannia/sic etiā olim dicta
Dryadum/ driades scd̄m poetas dee arborū sunt que hic pro arboribus ponuntur
De lacte/ de sicera que ex pomis fit/ quia vitibus carent

Fortior. hinc orba hoc fleuit tunc Neustria patre:
Que Driadum de lacte bibit. non ebria Baccho.
At cum vicinos igni succenderet agros
Vis mea:Rothomagas(& corda ferocia)vires
Subrisi:clausas pro telo ostendere portas.

Rebus in exiguis quid maximus ĩmoror? Ista
Gloriolam reor. O multo maiora supersunt:
Que summo illustrant nostros splendore labores.
Monte sub Herycio (nec enim mea dicere gesta
Erubeo verax) Franci durissima sceptri
prelia sustinui. regemq; a fronte repressi.
Nostra cruentantem roseo tunc castra cruore/
Regem ipsum/grãdiq; animo sua bella regentem:
Detorsi. & Martis campo cessisse coegi.
Audiat ista velim verba. aut rescisсat is ipse
Rex Ludouicus. Eo teste hic/ & iudice: dicar
Veridicus. laudem nec per mendacia quero.
Hunc/at vbi excepit tutata Lutecia/pristi
Nominis vrbs ingens: arx gentis & inclyta France:
persequor. huc mecum coniurata agmina ducens.
Ac regni proceres/domino/regiq; rebelles:
(Me grandis ductore rei) per viscera pulchre
Diuitis & terre grassati: bella pararunt.
Et qua Sequaneis sese Matrona profundus
Miscet aquis (campo metatus castra patenti)
parisium obsedi (Que trans hanc gloria?) murum.
Gloria que trans hanc? Que trans hanc gl'ia? Q₂ si
Murum fulmineo non fregimus hunc tormento:
Terruimus saltem ciues. Regemq; pacisci

Ista/gesta mea predicta
Gloriolam/puam gloriam
Monte sub hericio/mons heri cius Francie oppidum non longe a Parhisia vrbe/apđ qđ oppidum Carolus cum certis cũ eo cõiuratis francie principib9 contra regem Ludouicum cõflixit et fugere compulit
Hunc/regem Ludouicum
Tutata. i. tutãs siue defendens
Lutecia. i. vrbs parhisia olim sic dicta
Regiq;/Ludouico
Pararunt/contra regem
Matrona. fluuius
Castra metatus. ego figens castra
Parhisiũ murũ/ vrbẽ Parhisiã
Pacisci in pactum descendere

Compulimus. votis & condeſcendere noſtris.
Hac quot ĩ vrbe (potẽs) turres: q̃t tẽpla: domoſve:
Quot generis vultus humani: ãt corda q̃t: aut quot
Sydera concuſſi/lituo: & ſtridore tubarum?
Et metuiſſe aliquis potuit mea fulmina: nondum
Natus. et vrbe ſua obſeſſus: genitricis & aluo:
Menia vagitu defendit clauſa tenello.
Et lachrymis muliebre genus. votiſq; ſacerdos.
Nempe greges plebis tante/numeroſq; globoſq;/
Atq; palatinum cum nobilitate ſenatum
Turbaui. legeſq; metu ſiluere gementes.
Et clamoſa prius/tunc flens per roſtra/ſilenſq;
Iuſticium: cunctis clauſit pretoribus ora.
Neue vrbis fieret pars expers vlla timoris:
Tranſlatas ſancta huc cũ pallade tũc & Athenas:
Cunctaq; Muſarum turbaui pulpita: doctis
Inuigilata oculis. Totumq; Elicona Sophye
Turbaui. & fontem ſacrum: quem penniger olim
Fodit equus. trepido turbaui & ſingula motu.
Adiiciam tante laudi quid maius? ad aſtra
His gradior geſtis. vrbem dicamus/an orbem
pariſie immenſum gentis mare? Conſtat in hydram
Tot capitum/quondã nullum pugnaſſe gigantum.
Integer inde tamen rediĳ. Quin nomine maior

Potens. ego Carolus

Lituo. ideſt buccina

Lachrymis. ſupple defendit menia

Palatinum. palatij regij

Legeſq;. iudicia/ſiue iuſticia ordinaria
Per roſtra. per ſedes aduocatorum. prius. i. antea clamoſa.
Iuſticiũ. i. ceſſatio iuſticie
Pretoribus. Iudicibus

Huc. in vrbem parhiſianam
Cum pallade. cum ſapientia
Athenas. i. ſtudium vniuerſale
Pulpita. ſcholas
Inuigilata/frequentata
Elicona. montem ſapientie

Equus. ſcz pegaſus equus perſei qui pedis ſui ictu muſarum fontem in elicone monte produxit.

Hydram. quam vicit hercules

Tot capitum. quot habet vrbs parhiſiana

Me/rediĳ.& potui talis/tantuſq; reuerti:
Ab Genoueſea tandem vel gente vel vrbe:
Credar vt inuicto rigidi de ſanguine Martis.
Sic pulchre diues laudis:ſic diues honoris:
Immortale mihi partum per ſecula nomen:
Ad regnum Athlantis ſtellati/a Gange refuſum eſt.
Bis tribus arma gerens luſtris:vt tyro docendus
prelia ſum: longo ferri iam laureor vſu.
Iugibus aſſiduum bellis:Germanica quantum
Oppida me timeant(Vbios aggreſſus & arua
Gentis Agripine)re/non ſermone probaui.
Noueſiumq; docet.Cui nunc vult Nuſſia nomen
Eſſe recens.noſtroq; afflictum milite nuper.
Menſe ſuperiecto/totum locus ille per annum
Marte meo obſeſſus:ſeſe diuellere noſtris
Haud valuit manibus:quin funera multa/famẽq;
Sentiret.totus quãuis huic Rhenus adeſſet.
per cuius ripas/& tutus & hoſtis amenas
Erraui.noſtram veluti laſciua per aulam
Ocia rimarer:lento gaudentia greſſu.
Nec bello fugiens:a finibus abſtrahor illis.
Ceſaris at precibus.quarum vis regia fecit:
Nuberet illius mea mox vt filia nato.
Res mihi Noueſios erat hec tractanda per agros:

Urbe genoueſea.i. vrbe parhiſiana ſic dicta a nomie dine genoueſe/cuius patrocinio ciues loci ſe gloriãtur in aduerſis pſepe protectos

Athlantis. athlas ſcd3 poetarum hyſtorias gigas fuit affrice ſus celum portãs qd a poetis fictũ eſt/q: athlas mõs e affrice adeo altus vt celum z ſtellas portare videatur z ideo dicitur ſtellat9 ideſt celum portans
A gange.ganges indie fluuius eſt in oriente/athlas autẽ mõs eſt in occidente. z ſic a gãge ad regnum athlantis.ideſt ab oriẽte in occidentem
Bis tribus luſtris.luſtrum ſpacium eſt quinq; annorum z ſic bis tribus luſtris.i.xxx.annis
Ubios/Colonienſes
Agripine.colonienſis
Noueſium.ideſt Nuſſia.oppidũ in agro coloniẽſi/ de quo ſupra libro primo
Afflictum. oppidum Noueſium
Totum;per annum/menſe ſuperiecto.i. per xiĳ menſes

Ceſaris/ſcz Frederici
Uis regia/ptãs imperialis

Hec res.hec materia cõiugĳ

Percuſſum.i.initum fedus	Cum mihi percuſſum fideifragus ille Renatus
	Armorum eſt auſus fraternum abrumpere fedus.
	Rupit.Et oh rupte mala pacis cõmoda/tandem
Debitam/ideſt meritam	Amplexurus: amet meritam iam crimine mortem.
Stat fixum.ideſt firmũ in animo meo	Stat fixum/hunc contra bello decernere.cuius
Decernere/decertare Cuius/ ſupple noſtrum	Is ſit honor/viſam. Cuius vel gloria.Cuius
Viſam/ideſt videbo	palma ſit hec noſtrum. quia non hec ſuſcipit ambos
	Terra duces;eius tantum qui vicerit;eſto.
Fata/belli diſpoſitiones	Experiar quid fata velint.latrunculus armet
	Se/licet;hac princeps ſemper tellure manebo:
	poſſeſſor bello eternus.nulloqꝫ fugandus
Doleat/ſupple ſi vult Emulus/inuidus	Hoſte vmq̃ꝫ.doleat quicunqꝫ hoc/emulus audit.
	Talia confirmans e celo verba/deorum
Inquit/ſcilicet deus	Rex deus:hac(inquit)ſemper tellure manebis:
	Inde receſſurus numq̃ꝫ. Quecumqꝫ rogaſti:
Hoſpes /.q; in aliena terra	Sint rata.poſſeſſor fies;poſſeſſus & hoſpes
Voti/deſiderij	perpetuus.damnoſa tui fer premia voti.
Duci/ Carolo	Non audita duci/nec formidata loquentis
Surdas aures/ſcꝫ Caroli	Tanta dei vox eſt.ſurdas tamen obruet aures
Iactum.ſcꝫ pondus	Vocis atrox lapſę pondus;per nubila iactum.
Sana/prudens	¶Sana autem procerum querit ſentencia:quonam
Procerum.i.nobiliũ Caroli Declinent.ideſt vitent vel fugiant	Declinent pacto bellum crudele:propinquum/
	Ad barbamqꝫ aſtans.& multis flebile ſemper
	Matribus/heu natos viſuris inde necandos.

Consultantq; probi dubijs de rebus. & ardent — Probi. scz proceres. Et ardent. optant
Bellorum flammas/ & seui corda Leonis — Flammas. calores
Lenire. & sese exoptant cum principe saluos. — Lenire. sedare
pugnat eos contra/ princeps. Iam iamq; / repugnant — Princeps. Carolus
Mille duci lingue: solo hoc vno ore sonantes. — Lingue/ procerum

¶ Caroli proceres illũ alloquẽtes & bellum fugere exhortantes.



¶ Inclyte nostrarum dux/ & custodia rerum:
Et necis/ & vite simul/ arbiter: horrida tecum — Arbiter. idest dominus
Bella diu passi: nullum ob te ferre laborem
Spreuimus. arma viros quotiens nos iusta vocarũt. — Iusta. rationabilis
Nec membra aut vitas telis subtraximus vllis

	Antea. Teſtis ades. Nunc autem ſegnius enſes
Stringimus. euaginamus. Ac pridem. ideſt ꝙ pridem	Stringimus ac pridem. Et genus hoc oı̄no gerendi
Male conſcia. contra conſcientie iudicium	Belli/animos terret: mens & male conſcia noſtros.
	Cetera te propter que geſſimus arma: ſuo ſe
	Iure/tuebantur quondam. Nos optima fortes
Calua. iniuſta	Fecit cauſa viros ante. & nunc calua/remiſſos.
Fallimur hic. credendo cauſam noſtram iuſtam	Fallimur hic. nec enim iuſtus ſatis in tua rancor
	pectora deſcendit: qui te hec inflammet ad arma.
	primum hoc. Tum patria pugnans pro paupe: diues
	Vrbium/& agrorum tantorum: & gentis/ & auri.
	Quicquid habes: quicquid ſperas: hoc proteris/vſu
Hoc baratro. hac bellorum voragine	Bellorum. baratro hoc nequeunt immerſa reuerti.
Bonum dictum	Mars homines & opes abſorbet gluto. Sed iſta
Gluto. ideſt vorax	Rident damna duces. Ouium ſumus inſtar; & omēs
Iugulos ſupple noſtros	Debemus domino iugulos: ad bella vocanti.
	Quot cecidere tue (dux o quot) milia gentis;
	Cuius nec numerum curas; nec mortua queris
Dices. tu Carole	Nomina? Subſtitues occiſis corpora (dices)
	Viua. ſuo matres pariunt pro principe fetus.
	E quibus apta colo pars. maſcula ſeruiet enſi;
Pars melior. ſcʒ viri	pars melior. Talis dure eſt ſentencia frontis.
Eſto. i. ꝗuis. Defendier. defendi	Eſto/velint leges regem defendier omni
	A populo; negat hoc tibi/nunc exhauſta tuarum
Uirtus. potentia	Terrarum virtus. Namqꝫ optima ſanguine pubes

Iam perijt fuſo. ferricꝫ abſumpta rigore eſt.
Quo reparare cupis pacto/cuiuſve fauore
perdita tot/bellis capita; & res vndicꝫ lectas
E gazis dux magne tuis? A ciuibus aurum
Sepius exactis; fruſtra expectaueris vllum.
Era/ viroſcꝫ tibi/Senones cognomine Galli
Ore negant plano duri. quod vtrumcꝫ/negare
pleumoſios certum eſt; par & ſentencia ſurgit
Aduaticis. nec piconios iter huc vehit vllum.
Quot venere prius/ſatis impendiſſe cruoris
Se reputant Marti/nimium tibi ſemper amato:
Edibus a vacuis quid vis educere? finem
Dux bellis impone tuis. nunc gentis opumcꝫ
Effetus; tumidus quid viribus abſcꝫ/ferocis?
Ante oculos refer iſta tuos/contraria belli
Auſpicijs. numera digitis/quot nigra flagellis
Te Fortuna quatit. tua quantum fata ſiniſtret.
Nũmorum/atcꝫ hominum nobis ſe copia nudis
Subtrahit. Arma/& nos/& equos/ĩamabile nr̃os
Tempus inaniuit. tum celi tela parantur
In nos cuncta. niues. ventorum turbo. gelucꝫ.
Hoſtibus at contra eiectis/ſpes/iuſcꝫ/deuſcꝫ/
Omnia promittit vindex. pulſiſcꝫ regreſſum
pollicitus; dat eis reditus ad prelia tutos.

Res. pecunias
Undicꝫ. ex omni terra tua
Exactis. tributa paſſis
Senones. Burgundiones
pleumoſios. Flandrenſes
Aduaticis. brabantinis
Piconios. picardos
Marti. bello
Quid vis educere. q. d nihil potes
Effetus. vacuus
Ferocis. ferox efficeris
Iſta/ſupradicta
Auſpicijs belli. i. belli felicitati
Nigra/aduerſa
Siniſtret. depravet
Tempus/hyems ſcz
Hoſtibus. ſcz Lothoringis
Pollicitus. ideſt promittẽs ſcz deus
Reditus, tutos. ſecuros

Feruidus.animoſus
Ad cauſam.belli ſupple

Feruidus ad cauſam iuſte eſt Lothorīgus.Et adſum
Hoſtis ait vibrans gladios:patriamq̧ reſumens.
Et bellum expectas.& te crudelibus offers
Heluetijs.prudentis erat fugiſſe:quod optas
Amplecti.Te ſola poteſt fuga reddere tutum.
I.tua ſaluatum tecum.Et delude phalanges

Solidum aſillum.firmum ſiue tutum refugium
Obijce muros.i.fuge intra muros alicuius vrbis vel oppidi

Hoſtium.& in ſolidum velox te tranſfer aſillum.
Caſtra moue:atq̧ aliq̄s tantū hoſtib⁹obijce muros:
Saluus es.En primus ſi rumpitur impetus illis
Murorum obiectu:vis horum eluſa/retrorſum

Lubricet.lubricabit ſiue cadet
Menſis/ſcȝ Januarij

Lubricet.his gelidi nec erit paciencia menſis.
Arua relinque tuis nunc hoſtibus hec.medioq̧ʒ

Medioq̧ʒ matricū.i.mediomatricum p themeſim.i.ciuitatem Metim
Metius.Julij Ceſaris armoꝝ prefectus
Inſtaurauerit.audauxerit

Matricum ſubeas.quam qnondam Metius armis
Ceſaris euictam:Metim de nomine dixit
prefectus proprio.tunc qui inſtaurauerit vrbem.
Te remoue/belli quem ſumma pericula querunt
Dux bone.ſic falles hoſtis conamina ſeui.

Utilis.quia fauebat burgūdis
Urbs Leucoꝝ.vrbs Tulleñ.q̄ olim Leuca dicta eſt
Iſtam.ſcȝ vrbem Tulleñ.
Illam/ſcȝ Metim

Vtilis hec nobis erit vrbs.vicinior autem
Vrbs tibi Leucorum eſt.iſtam ſuſpectius.illam

Populo.ſcȝ Metenſi

Tutius.& populo forte expectatus:adibis.

Male.quia contra te
Netrices.a neo nes
Sorores.ſcđm poetarum hiſtorias/tres ſunt dee fatales.ſcȝ Clotho/Lacheſis/⁊Atropos q̄ de vita hominis diſponere predicantur
Ad manes.ad ſtatum mortuoꝝ

Hinc citus euade.Et tetro te ſurripe fato.
Que male diſpenſant netrices fila ſorores
Immuta.Et canos felix te tranſfer in annos.
Tardus it ad manes nemo.vel te duce vitam

Conſilias nobis.vel te littore ſecures.
Arma magis q̃ verba/locus/tempuſq; requirit:
Siue fugam.Q. ſi hanc vis appellare receſſum:
Hoc potes.At cede.& viuens tibi: viuito nobis
Omnibus.Extremo hoc donatos munere ſalua.
Vix procerum grauis atq; ſonans oratio/ finem
Sumpſerat: hos fidei leſe/trepidiq; timoris
Cum dux inſimulat: fidis ingratus amicis.
Sanaq; non ſanus fugit hic hortamina.Spemq;
Ipſe ſui capiens pluſq; fas poſceret: infit

Conſilias.i.adiungis
Littore.i.ſpiculatore z interfe-
ctore/cōſilias ſupple nobis/ſe-
cures.i.mortem

Donatos.i.muneratos nos

Inſimulat.accuſat ſiue īculpat
Amicis. ipſis proceribus ſuis

¶Carolus ſuos quarto alloquens eū de fuga hortantes.



¶O quibus eſt odio belli decus omne: virenſq;
Laurea milicie: que vos Alletho fatigat
Degeneres? atq; indignos ſeruire Leoni
Magnanimo? me conſilio quo ducitis egro?

Decus.honor

Laurea.corona ſiue ornatus
Alletho. furia ſiue inſania

Degeneres.pauidos cōtra na-
turam
Ducitis.i.ducere ſatagitis

Quid ve monetis oues ? paſtorẽ ante ora luporũ
Attentare fugam? Non noſtri eſt pectoris iſta

Jmpietas. ſcꝫ vt ego paſtor re-
lictis ouibus añ ora lupoꝝ fu-
giam.
Venuſtas.animi nobilitas

Impietas.turpis nec me hec huc ſuaſio ducet:
Vnde bonos ſanct⁹ retrahit pudor. vnde venuſtas.
precipue/tellus hec ſit cum noſtra/manendum
Hic ſtatuo.fugite hinc ſine principe. vadite mortem
Queſitum; quo vultis.ab hac tellure reuellet
Me nemo. certa eſt huius poſſeſſio fundi.

Qꝛ.ideſt qꝛ
Vite cornicis auaro. i.lõge vi-
te amatori/cornix eñi longe vi-
te eſſe perhibetur vt pote nõgẽ-
torũ annoꝝ.vñ Ouidius Atqꝫ
nouẽ Cornicis ſecula pace. ꝛc̃.
ideſt nouies centum annos
Aruſpex . aruſpices ſunt q̇ ad
aras falſorum deoꝝ ex inſpecti
one inteſtinorum animalium
ſacrificatoꝝ de futur⁊ diuĩabãt
Digeſſit.dijudicauit
Geneſis mea.inſpectio natiui-
tatis mee

Qꝛ caruiſſe metu ſoleo: qꝫ qꝫ audeo fortis
Non audenda/viro vite cornicis auaro:
Nonne ideo vitam hanc/ paucos taxatis ad annos?
Quis mea diuinus(de me mentitor)aruſpex
Tempora digeſſit:bellum caſura ſub iſtud?
Quid referat geneſis de me mea:conſulo nullum
Sydus.Ego hanc curam/ moderanti cuncta relinquo.
Docqꝫ. Nec has aures mendacibus addo magiſtris.

Delphon.delphos iſula ẽ Apol-
lini dicata vbi ei⁹ reſpõſa olim
requirebantur. Cumane.apud
Cumas vrbem veterem in cer-
to antro/Sibile Cumane reſpõ-
ſa olim etiam requirebantur
Thireſias.hunc Jouis adulte-
ria celantem Juno excecauit/
quẽ Jupiter diuinatione futu-
rarum rerum compenſauit
Lincum illoꝝ animalium/ acu-
tiſſime videntium
Eternis chart⁊.in dei p̄ſciẽtia.

Quis vr̃m / aut Delphon/ Cumanę aut ãtra Sybillę
preſſit: vt hinc redeat reſponſis plenus ? & hic quis
Thireſias/noſtre ac vicine abſconſa ruine/
preſagit decreta:oculis non cognita lincum?
Quod de me eternis ſcriptum eſt immobile chartis?
Tutus id expecto .Et firmus percunctor vbiqꝫ:
Quod fugere eſt vacuum. Seu Leucos obruar inter

Nemetocernos. flandrenſes

Seu Nemetocernos:par eſt iactura cadenti.

At quia pretimidos fati/res ſepe laceſſit
pergrauis: a mortis pena ſeiungo timorem.
proximus eſt nobis exercitus ergo Renati:
Dicitis. ille vtinam qui nunc palanſq; vaguſq;
Et macilentus abeſt: bello maturus adeſſet.
Hoc placet. hunc equidem/vel me/victoria reddat
Craſtina felicem: niſi mors ſibi malit vtrumq;.
Non equidem fieri victores poſſumus ambo.
poſſumus at victi. nox ſegregat vna duorum
Arma ducum: primus quos ſol in prelia iūget.
Nunc autē me quiſquis amat: mecū arma capeſſat.
Mecum animum. mecum vires. & corda leones
Si qua gerunt forti ſub pectore: tota pateſcant.
Eterna & veſtri monumenta relinquite: fuſis
Hoſtibus in ſtragem. largoq; hanc ſanguine terram
Tingite. tum memores quis ſim. qui ſitis. & a quo
Sanguine dilabor. Demum ſpectate vel hoſtes
Q; nulli. exemplo virtutem & diſcite noſtro.
Nec veſter turbetur honos leuis agmine vulgi:
Aut pecudum. Vos autē hoīes/iam querite forti
Immortale manu (q̄uis per vulnera) nomen.
¶ plurima iam dictis cupiens ſubtexere verba:
Voce ſilet rupta princeps. fremituq; loquentum
Omnia turbantur. Nec abeſt qui flectere curet

Pretimidos fati. i. mortis
Res pergrauis. i. metus intolerabilis
Palans. incertus loci
Macilentus. famelicus & macie affectus
Utrumq;. me & illum
Primus. i. craſtinus
Leones. fortes Burgundi
A quo ſanguine. a quo patre
Q; nulli. q̄ minimi precij ſint
Uulgi/Lothoringoꝝ
Pecudum. i. beſtiarum & viliuꝫ lothoringorum
Iamdictis. ſupradictis
Nec abeſt/ immo ſupple multi ſunt

principis in melius mentem. Sed contrait vnus
Omnibus. Atq; mori mauult: q̄ credere viuens.

Comparatio.

Qualiter indomiti si quis velit ora caballi
Flectere qua sit iter: non mansuetudine/cuiq;

Non paret. non obedit
Infrenus. contumax
Effera. indomita. siue rabida

paret. at infrenus quo mens rapit effera: fertur.
Tum stimulos sessor si costis admouet: orbes
Voluitur in curuos quadrupes. vel in aera rectus
Tollitur. Et valles leuis/& iuga scindit. onusq;

per inuia. per loca viam nō habentia
Ignis. i. caloris siue ire

precipitare suum/semetq; per inuia/querit.
Sic Senonum dominus; dominus qui nec valet ignis
Esse sui: mentis nec motus temperat: aptum

Exosus/respuens
Quo/in quo antro
Inflexum/inflexilem

Consilium exosus: querit (quo corruat) antrum.
¶ Omnis vt inflexum mestis templatur ocellis
Turba ducem: bello iussi se protinus aptant:
Audaces timidiq; simul. Tum tela facesq;

Expediunt/preparant
Parum/supple acuunt
Parati. ipsi Burgundiones

Expediunt. acuuntq; enses. acuuntq; sagittas.
Verum corda parum. nec tam bellare parati:
Q; sua nunc solum defendere corpora: castris.
Sed vallum/aut fossam/duris operosa lacertis

Iuuenum/ scz Burgundionum
Resarcit. reparat

Vis iuuenum/atq; vigil nimirum cura resarcit.
Et strepitu miscentur agri magis ac magis. orta
Nocte: viris multis suprema. Namq; Renati
Iam nocturna patent flammarum signa. quibus se
proderet obsessis vicinum. & prelia primo

Sole peracturum; ſeclo memoranda futuro.
Primo ſole/craſtino die

❡ Venerat interea Britonū de gente per vmbras
Per vmbras. ſcȝ noctis ſiue de nocte

Noctiuagus tyro/qui ſe intra menia ſolum
Tyro. i. gladiator quidam
Solum. i. ſine alio cum ip̄o

Fune trahi orabat; ſi quid pietatis ineſſet.
Impetrat. inuectuſq; intro: & circundatus omni
Impetrat/ ſupple quod petit
Intro. ideſt intra vrbem

Ciue: ait. O ciues/oro mihi credite. q̄ꝙ
Hoſtis eram nuper. ſed nunc (ſi ſaluor) amicus.
Nuncius/hoc mereor: veſtre & nunc preco ſalutis
Nuncius. ſupple boni nuncij

Certus ego ac verax. bis ſex (non longius) horas
Sperate hoc. veniet qui vos a carcere fidos
Liberet (ille mihi eſt hac viſus nocte) Renatus.
Hunc egre expectat quiſquis Burgundio muros
Egre. i. male & infeliciter

Hos premit. E caſtris ob id ad vos exeo. mortem
Aufugiens; que me (ſequerer ſi caſtra) maneret.
Que/mors
Maneret. expectaret. ypalaſium

Sic fugio: atq; ſequor veſtri ducis arma. ſequorq;
Illum/huc adueniens: quem non foris audeo prudēs
Quem/Renatum
Foris/extra muros

Expectare. patres miſereminor ergo loquentis
Vera. redemptor adeſt vobis dux ip̄e. mihiq;.
Et neu pena dolum fugiat ſi mentior: vſum
panis/ego hanc vltra quadram non quero. nec eſum
Hanc quadram/ hanc quartam panis partem

Quero alium: donec proles Yolandis/& heres
Proles yolandis. i. Renatus/ cuius mater fuit yolādis filia Renati ſenioris Sicilie regis: & Andegauie ducis

Irruat huc. tingatq; inimico caſtra cruore.
Dixerat hec. panemq; ſinu detraxit. & inquit.

Annone.i.panis
Pugillo hoc.i.in hoc pugno meo
Horrea quantum habeant annone nr̄a:pugillo
Cernitis hoc claudi.filuitq; his tyro relatis.
Eius arbitrio:eius iudicio
Indicta.imposita ipsi volenti
Eius & arbitrio pena est indicta:volenti.
Parem thesaurum vc3 panem.
Cui(q̄uis inopi)multi inuidere.paremq;
Thesaurum affectat:qui tantum panis in archa
Esse sua nescit.ventos epulatus inanes.
¶ Taliter audito/tristem letamq; per vrbem
principis aduentu:nox est vigilata.soporq;
Gaudia/sc3 ciuium
Ex oculis fugit.atq; metum nunc gaudia vincunt.
Trudunt.repellunt
Nunc vincuntur eo.& sese contraria trudunt.
Alternātq; vices/spes & timor vrbis.At intra
Castra/graue ac subitū murmur/strepit⁹q;/fragorq;
Attonitos.hebetatos
Surgit.& attonitos ꝓperat Lothoringus ad hostes.
Instigat iam multus equos auriga.rotarum
Iam gemitus latrant.iam motis dura cathenis
Loquuntur.sc3 rote z cathene.
Verba sonant.aliquidq; mali/stridore loquuntur.
Perfrigidus.quia in hyeme
Tum motu armorum perfrigidus assonat aer
Fractus/sc3 stridore
Fractus.& accensus modo per tentoria clamor
Vel.i.etiam
Nescio quid vel triste notat.cursumq; fugamq;
Leonum/burgundionum
Credita tunc fuerat moliri turba leonum.
Sed puduit dare terga ducem.cui fama salute
Notabile dictum
Hic potior visa est.O gloria gloria:quantos
Fluxa.i.inanis z non ꝑmanēs
Fluxa duces perdis:falsoq; eludis honore:

¶Si fugio (ſecum dixit clariſſimus ille
Carolus) hei quo fama meos queſita per enſes
Effluet. & nomen terras tam grande per omnes?
Vita fugam mallet. noſtri reuerencia patris
Nõ tamen hoc patitur. patitur nec filia; probro
Denigranda meo: ſi cruribus vtor equorum.
Nunc paror ad riſum iam victe gentis. adumbrent
Me prius hic fixum: laudande ſpicula mortis:
Qꝫ grauis ante leuem videar fugiſſe Renatum.
¶Hec animo ſecum miſerabilis/atqꝫ relictus
Triſtibus heu fati curis: voluebat. & ignes
Eiectans oculis: ſanum ſe mente negabat.
Et ſolus nunc carpit iter. nunc querit apud quem
Archanum deponat onus formidinis: intra
pectora reptantis. ſecumqꝫ hoc litigat ore.
O iterum ſuperare mihi ſi fata Renatum
Annuerent: reliquum per ocia tempus
Qꝫ felix agerem? noſtro etqꝫ letus in agro?
Hic nego felices: quos purpura veſtit: & aurum
Irradians flammis. aratro (non enſe) potentes:
Iam reges appello. duceſqꝫ: nec arma parabunt
Seua bonis regnum. mens ſed contenta puſillo
Rure. Ideo noſtra hic locupletum predia cauſor.

Carolus ſecũ loquẽs

Vita. ſalus mea

Filia. honor filie mee

Vtor. ſcꝫ fugiendo

Adumbrent. i. circuncingant

Fati. fortune

Archanum. ſecretum
Deponat. aperiat

Carolus ſecum iterũ loquens.

Hic. in hoc ſtatu

Sentencia

Potentes aratro. i. agricolas
Parabunt. acquirent.
Bonis. ſupple hominibus
Noſtra locupletum. i. noſtri locupletum
Cauſor. i. reprehẽdo ꝛ nõ dico nos propter predia felices eſſe

Rursus at impatiens hec cum dixisset: ad hostis
Aduentum/mentem reuocans: hec fatur. vbi tot
Delituit menses: qui nunc ad bella reuerti
Vltima presumit: non castigatus abunde?
Indomitus validos contempsit Neruius enses
Cesaris/impune ac semper. Lothoringia numq̈
Me vincet: non victa prius, non subdita ferro?
¶ Tam varijs mentem dictis turbabat. Et impos
Carolus ipse sui: regere & tractare pericla
Cuncta/impendentis belli. Sic nescius artis
Viuendi: crudas penetrat vir/mortis ad artes.

Abunde. sufficienter

Indomitus validos. etc. i. Neruij qui et Tornacenses dicuntur impune semp aduersus Iuliuz Cesarem restiterunt/ Lothoringia autem aduersuz me non sic facere poterit nec vnq̈ me vincet. etc.

Impos. non compos

Regere. i. regebat/et tractare. i. tractabat

Impendentis. instantis

Nescius. ipse Carolus

Penetrat. transit

¶ Nanceidos liber Quintus Finit.

Io. Basini Sendacurij Sexti Nanceidos libri Argumentum.

VLtimus armatas acies/cetusq̈ Renati/
In pagum diue de te Nicolae vocatum:
Aduenisse canit. quos in tres diuidit ipse
Turmas: atq̈ duces dat turme cuiq̈ minores.
Hunc pagum ingressi/castris vrbiq̈ propinquum:
Hostibus hic passim cesis: pōtemq̈ locumq̈
Vincunt. amisisse dolet que Carolus. hincq̈
Clam vestigatum mittit/vis quanta Renato.
Acceditq̈ hosti noctu: cum lumina retro
Flectens: castra videt vrbis torrētia flammis.
Tumq̈ Renati acies/cetu partita triformi:
Ordine queq̈ suo/aduersos quoq̈ tendit in hostes.
Irruitur. Burgos sternunt. Dux sternitur ipse.
Inuentus tandem. tandem datus atq̈ sepulchro.

¶ Nanceidos liber Sextus Incipit.



Olis at interea curru
vergente ſub amnes
Occiduos: & ab ijs mox
emergente: dediſti
Quintum Iane diem:
qui fati/quiq; cruoris
plenus: eat metas tanta inter prelia miſſum.
Hec clemens & ſeua dies/meliora quis horum
Arma ducum geſtat: victricibus exprimet armis.
Atq; duum litem capitum/& diſcrimina cauſe
Mortifere/veteriſq;/bifrons extinguere Ianus
Exultat. Nec aquas nunc fundat Aquarius. vdo
Sanguine ſed terras Lothoringus inebriet enſis.
¶ Nox igitur quinte cum Iani quarta diei
Cederet: ecce moras belli culpare Renatus
Cepit. & ad primos galli conſurgere cantus
Ipſe ſuos cogit: ſi cogi forte volentes
Dicimus. Inq; pedes/cuncti patuere: vocati.
Atq; leuem excutiunt vigili de pectore ſomnum:
Terribiles digitis oculos frontemq; fricantes.
Et ſe ad iuſſa parant omnes optata. diemq;
Introeunt: vite qui ſit pleriſq; futurus

Cronographia
Vergente. cadente

Ab ijs. ſcz amnibus

Iane. o menſis Ianuari.

Miſſum. in ſupino

Clemens. ſcz Lothoringis. & ſeua. ſcz Burgundis

Duum capitũ. duoꝝ principũ
Diſcrimina. diſcidia

Bifrons. duos vultus habẽs
Ianus/ Ianuarius
Aquarius. ſignũ celeſte in quẽ ſol intrat in Ianuario

In pedes. ideſt erectũ

Vltimus. Aſt tumidos hec ſpectant fata Leones.

¶ Renati aduentus cum ſuo bellatorum exercitu:
In pagum diui Nicolai de portu.



Topographia pagi ſancti Nicolai.

Eoo. accedens .i. orientē verſus
Diui patris. diui Nicolai

Victorem populi ꝛc. Nicolaus grece victor populi vł victoria populi latine dicitur
Is pagus. muro non clauditur

Digito. digiti iunctura/que ibidem eſt in eccleſia ipſius pagi.
Quem. pagum

Frequens. numeroſa
Huc. ad pagum diui Nicolai.

¶ Eſt prope Nanceiam (paſſus ad mille bis) vrbem
Eoo accedens pagus. qui nomine dictus
Olim portus: habet nunc diui nomina patris:
Victorem populi/quem greco dicimus ore.
Non habet is murum. Solo defenditur huius
pontificis digito. quem ſi violauerit hoſtis
Sacrilegus quiſquā: longos non riſerit annos.
Ire frequens huc turba ſolet de partibus orbis

Omnibus.& ceras voto latura vel aurum
presulis ad templum non spe festinat inani.
Inde fit: vt felix & victu/& mercibus vber
Floreat ille locus; quem tam sacer impluit hospes.
Is pathere ciuis/Mirrhee presul & vrbis;
Nunc terre est huius custos; nunc hostibus hostis
Accepto insignem reddens pro vulnere mulctã.
protegimur (dicunt vrbes atq; oppida) densis
Menibus & fossa. pagum sed spectat ad istum
Dicere: solius defendor perpete celi
Presidio.& celi ciuem Nicolaon adoro.
¶ Cernis vt e cunctis multas regionibus vndas
In freta demitti: sic longa & tota Renati
Venerat huc acies: varijs de matribus orta.
Tum cunctis bellum sitiẽtibus: armaq; vasto
Ore/iterum atq; iterum clamantibus; annuo dixit
Vocibus his princeps. hodie molimina finem
Nostra habeant. quod corde diu quesistis: habete.
Non vos causa minus q̃ me mea reddit agitq;
Solicitos. quare dignas vobisq; bonisq;
Celitibus/valeo grates exoluere numquam.
Dixit.& officio functus ducis; agmen & omnem
Belligere gentis numerum/tris diuidit ipse
In partes. statuitq; duces ad quamq; minores:

Latura. scz turba

Ille loc⁹. pagus sancti Nicolai
Hospes. i. diuus Nicolaus qui
rõne iuncture digiti eius q̃ ibi-
dem est/hospes dici potest
Pathere. vrbis Lycie puincie
Terre huius. scz Lothoringie

Pro vulnere. pro damno
Mulctam. i. penam

Pagũ istum. vcz sancti Nicolai

In freta. in equor

Huc. apđ pagũ sancti Nicolai

Molimina nostra. labores nr̃i

Celitibus. celi ciuibus

In ptes tres: in tres acies/si-
ue in tres cohortes

Maximus.i.primus
Dirigit.disponit

Maximus ante omnes. & dirigit ordine cuncta.

Pago.scz sancti Nicolai

Hoc egressuris pago: & querentibus ipsam
Nanceium: patet in plano pulcherrima campi

Hec area.hec planicies

planicies. gentisq capax hec area multe est.
Nec procul a castris locus is. distantius ire
posset equus sola (gressu non fessus) in hora.
Hic vt totus adest exercitus; in breue cuncti

Sacramenta/fidelitatem
Fidemq.fidelitatis iuramētū.

Consilium coeunt. & sacramenta/fidemq
Ante datam/rursus firmant. dextramq leuātes
In celum; voluere deos hic sumere testes.
Vnde Renatus agens dijs/ac mortalibus imo
Atq pio affectu grates; excrescere leto
Est animo visus. tum membris visus & ipsis.
Factus & horrori cunctis quos oderat: & spem

Suis.scz cōmilitonibus
Et tollere. i.asportare z habere supple dedit eis
Optant.i.optauerint

Et vires dedit ipse suis. & tollere quicquid
Castrorum ex spolijs optant; si vicerit hostem.
Hinc illi exultant omnes. multiq sacrate

Donantur . qz tunc ibi multi facti sunt milites
Et ensibus.zc. suscepturi munus militie a principe subijciūt ensi ceruicem. dicente principe q eos milites ordinat/estote milites in nomine dei/z diui Georgij vel alicuius sancti qui militiam in hoc seculo secutus est
Fasces.honores
Expromit.declarat

Munere militie donantur. & ensibus icta
Colla/velut mos est; referunt sine vulnere nomen
Militis; ac fasces quos ordo expromit equester.
¶ Neue putes equitū hunc ritū sine pōdere sancte
Relligionis; habent iurati vota. suisq

Quale sit militū officium

Suscipiunt dextris sanctorum templa deorum
Defendenda; omni semper virtute. viaq.

pupillis & idem debent.& matribus horum

Jdē.i. defenſionē ſiue auxiliū.

Flentibus heu vidui(nullo ſolante gementes)
Damna thori.debent & cunctis ſemet iniquo

Thori.lecti cōiugalis
Semet.i.auxilium ſuum/ꝛ operas ſuas

Oppreſſis gladio.non oppreſſoribus vnquam.
Hec ſunt arma;quibus generoſi vimqꝫ decuſqꝫ
Militis agnoſcas.ſine quis hoc iudico nomen

Sine quis. ſine quibus armis

Quale eſt fur.raptor.quale ē homicida. Sonatqꝫ
Sacrilegus.flāme & populanda ad tecta miniſter.

Ad tecta populanda.i.exurēda

Sola facit claros virtus.nec leuia curat

Sentencia.

Leuia.i.polita ꝛ nitida

Arma.nec ad criſtas/nec ad ornamenta retorquet
Hec oculos.proprio atqꝫ ſuo eſt contenta nitore.
Ceperat effulgens hortari aurora Renatum
Caſtra ſequi gladijs;cum ſponte vir Heluetꝰ ampli

Caſtra.ſcꝫ Burgundionum
Sequi.i.pſequi ſiue inuadere

Nominis Hertherus miles/tali incipit agmen
Voce ſuum affari.validamqꝫ accēdere gentem.

Hertherus miles. Jſte nomine proprio Guilhelmus vocatus/cognomine autem Hertherus ductor ſiue capitaneꝰ Heluetiorum fuit

Herteri Heluetiorū p̄fecti ad agmen ſuū oratio.

¶ Magnanimis verboſa viris oratio ſi quid
Adderet(o ſocij)quod fortia ſpectat ad arma

Adderet. ſupple vltra magnanimitatem

Eloquerer.veſtras ſed noſco/aſcriboqꝫ dextras
Egregie laudi.tamen hic vos pauca monebo.
Nos huc Heluetios que mens/que cauſa/quis ardor
Impulerit;nullum certe latet.aſſumus auri
Non ſane illecti/victi ve cupidine.ductrix

Jllecti.i.capti
Cupidine. amore

Iuſticia/ac pietas nos noſtro ab limite vellunt.
Nos trahit Heluetios virtus.non anchora lucri

Noſtro ab limite.a patria nr̄a.
Non anchora. non tenacitas ſiue auaricia

pinguis. an hic lucrum forſan reſpondeat vllum
Quod dulces equet vitas ſi Marte peribunt?
Hic quiddam eſt auro maius. quo noſtra Renatum
protegere arma volunt. & ab hoſtibus eſſe cruētis
Inmunem. aſſumus hic/pro magna & multa merēte
De nobis. extemplo vices non reddere: furtum eſt.
Dicite ſi facti vos huius penitet. hoſtes
Cernitis hic coram. Quorum ſi turpiter ora
Horretis: montes patriamq; reſumite. vobis
Annuit hoc princeps. timidos nec cogit ad arma.
Sin vero idem animus vobis/qui in flumine Rhenō
Affuit/eſt: dextris/& teſte oſtendite ferro.
Germine vos quali / & quarum vos lacte parentum
(progeniti) veniſtis ad hos (quos cernimus) artus:
Hic nunc hic monſtrate. genus occaſio veſtrum
Nunc iuſta extollat. palmam & vos querite tantā.
Eruite & patula bis victi a fauce Leonis
Hunc Aquile pullum. reuoletq; Renatus ademptū
Fortibus ad nidum pennis. adiectus honori
Sit labor is veſtro. noſtrumq; extendite nomen.
Noſtra Renatus in hoc (hodie) certamine corda
Veniſſe huc noſcat non corpora ſola. Sibiq;
A non debilibus ſeruiri cernat amicis.
Diſcat & a nobis denſas diffindere turmas.

Hic/in hoc bello
Eequet/equare poſſit
Hic/in hoc bello
Quiddā/ aliquid ſcʒ charitas et amor quē ad Renatū habem⁹
Sentencia.
Extemplo.i.cito ſiue velociter
Princeps/ſcʒ Renatus
Sin.i.ſed ſi
In flumine Rheno. in patria
Dextris/ideſt operibus
Parentum/matrum
Ad hos artus. ad hāc membrorum magnitudinem/ Nam mēbroſe corpulentie Helueti ſunt
Palmam. victoriam
Querite. acquirite
Bis victi. ſcʒ ſemel apud granſonum/ & ſemel apd̄ Morathū
Hunc Aquile pullum.i. Renatum principes Qui ſub imperio degunt aut de feudo Imperij tenent pulli Aquile dicūtur ideſt imperij in cuius inſigni Aquila picta eſt
Ad nidum. ad terram ſuam

Flammis castra dare. & stillantes sanguine vitas
Abstrahere a calidis (vt lis fert bellica) membris.
Atqꝫ hostes mandare orco. atqꝫ tyrannidis omnē
Rumpere vim. toruasqꝫ ducum prosternere frōtes:
Et calcare. luto passim super ora natante.
Eiecto: hanc terram. nobisqꝫ acquirere celum
possumus his fortes gestis. quid querimus autem
Ni fractos totiens hostes? vmbramqꝫ timentes
Heluetice tantum gentis. ne corpora dicam.
Vultis in hos ferro concurrere? vultis & horum
Nunc delere ducem: tellus quem cuncta tyrannum
Sentit: & altisono clamantum gutture promit?
Sola eius cohibenda fuga est. circundate fortes
Infirmum ac fragilem bello. circundate nudi
Armatos nimium. & ferri sub pondere fessos:
Et iam captiuos. gestare nec arma potentes.
Omnia promittit lux hec audacibus. & fors.
Et deus. ast ingens moueat vos gloria primum.
Tum spolijs gaudete ducis (post prelia) victi:
Non rapto vigiles. Sed si victoria dulces
pre se vestra ferat predas: has credite vestri
premia sudoris: seu iusti commoda belli.
❡ Audacis vocem Hertheri fortissima totam
Vix legio audierat: cum se modo prelia velle

Orco. i. inferno / siue terre
Tyrannidis. i. tyrannorum
Toruas. superbas
Super ora. supple ipsorꝫ ducū.
Eiecto. i. expulso scꝫ Renato
Hanc terram. supple possumus acquirere
Celum. summum premium
Fractos. idest victos
Infirmum. scꝫ Carolum
Hec lux. hec dies
Audacibus. nobis heluetijs
Ast ingens &c. q. d. mag? p gl'a pugnandum est q̄ pro preda
Non rapto vigiles. non intendentes prede vel rapine
Sudoris. laboris
Totam vocem. totam orationē.

Reſpondere. reſponderunt omnes ſcȝ Heluetij	Reſpondere omnes, & reſpondere refracto
Itidem. ideſt ſimiliter/ ſcȝ prelia velle	Aere tunc nubes itidem. Sic prelia linguas/
	prelia ſic nubem/ſic implent prelia celum.
	Nec pacem affectant vllam cum principe/pacis
Sudant/elaborant	Hoſte. Sed a terris illum diuellere ſudant:
Cui/ſcȝ Carolo Omnis. ideſt omnes	Cui terras turbare omnis/ſimul equora: cordi eſt.
Hinc. ideſt ob hoc	Hic dimiſſa domi iurant chariſſima ſeſe
Pignora/liberos ſiue filios ſuos	pignora viſuros nūꝗ̄ fera donec ad arma
Ius. ſcȝ gentium/titubans. i. incertum	Ius veniat titubans. patriamqꝫ reſumere ſiccis
	Enſibus: eſſe nefas credunt. ducuntqꝫ pudori.
	¶ Dulcius Heluetijs nil ſtrage aut ſanguine: iuſti
Rabies honeſta. furor iuſtus	Quem belli rabies prelarge effundit honeſta.
Frontis. ſcȝ belli	In prima verſari acie: atqꝫ pericula frontis
Ferre. i. pati Ergo. i. propterea Carolie. i. Caroli	Tunc his/ferre datum eſt ergo. & vim rūpere primā Carolie (ſi fors hoc vult concedere) gentis.
Paucula geſtaꝝ. autoris verba qui ordinis prepoſteratione non inſcienter commiſit per figurā que dr hiſteronprotheron Volenti. mihi autori	¶ paucula geſtarum ſeriem ducentia rerum Hoc mihi ſint memoranda loco. que pene relicta Fallere lectorem poſſent. nam vera volenti
Stringere. amplecti Vigili. i. diligenti cure Arx. i. caſtellum	Stringere rimatu: vigili ſunt ſingula cure. Saxea prominet arx: quā gurgitis vnda Veſuuij
Caſura. ſcilȝ vnda Veſuuij in murtham fluuium	Caſura in Murtham: tenui preterfluit alueo.
	Hanc habitatores Haddonuillare vocari
Quo. ad quam arcem	Inſtituere prius. Quo/dum paulo ante Renatus
	Veniſſet: gentem ipſe ſuam partiuerat omnem

Illas in partes quas iam tris diximus esse.
Ordinibus/spacijsq; iubet procedere certis
Quamq; trium. pagumq; peti: quem nomine portū — Quamq;/quālibet triū partiuz predictarum Pagumq;/scz sancti Nicolai
Vulgus ait. iubet & Murthe mox vincere pontem:
Hostibus incautis. qui nec defendere: sed nec
Armata munire manu loca capta parabant.

❡ Burgundionum strages in pago diui Nicolai/ per Heluetos/& alios Renati bellatores.



Ecce vbi magnanimo gens ceperat Helueta gressu
Quo fuerant iussi procedere: territus omnis — Omnis vir aduersans/ omnis Burgundio
Vir fugit aduersans. Aquila velut ire columbis — Comparatio.

Mos procul eſt viſa:tutum querentibus antrum.

Socij.confederati
Amici Heluetij et alij

Et patrie ſocij/meſtiſꝗ in rebus amici
Tamꝗ nulla tremant mortis contagia:tamꝗ

Fata.rerum diſpoſitiones
Pontem petitum. pontem ſancti Nicolai

Fata regant dextris:pontem tenuere petitum.
Inuentoſꝗ necant hoſtes. & mortibus horum

Compita.loca publica

Implent tecta.vias.flumen.quid compita grandi

Inuia ſtrage.impedita occiſorum corporibus
Molares.dentes

Inuia ſtrage loquar? quid multa cadauera crebris
Vulneribus diſſecta? canum & paſſura molares?
¶Hac Leo vi ſe dux pontem/pagumꝗ/ſuoſꝗ
Amiſiſſe dolet:miſerum ſe faſſus. At anni

Noui.ideſt incipientis
Veneri.illi dee/ſcdm poetarum hyſtorias.

Tercia lux veneranda noui;veneriꝗ dicata
Tunc erat. hinc Venerem verbis dux tangit acerbis.

Fabre.i. dee veneris que ſcdm fabulas poetarum fuit coniunx Vulcani qui fuit faber Jouis/fuitꝗ ipſa ven(us) etiã amica Martis dei belli
Suum mauortem.ſuum amatorem Martem
Aduerſus blaſphemum. aduerſus Carolum

Suſpecteꝗ diem fabre negat inde colendum
Eſſe ſibi. Venus hoc ſpretu eſt offenſa.ſuumꝗ
Mauortem irritat/blaſphemum aduerſus.& infit.
¶Nulla ſuperbe dies Veneris (mihi crede)colenda:
Nulla tibi ſupereſt. Veneris tibi dico ſupremam
Hanc lucere diem.nec enim celebranda redibit

Pro me.i.nomine meo
Prius ac.i.priuſꝗ

Lux pro me:prius ac mortis teneare tenebris.

Diem phebes/diem lune

Ante diem phebes fugiendum: & morte cadẽdum

Odi.i.odio habeo ego Venus

Eſt tibi.me ſi Mars amat:oderit ipſe/quod odi.
Hec Venus. At vite diffidens Carolus:ore
Detonat in proceres rigido:rixatus.& audit

Et videt inuitus: que nolit. & improbat armis
Plusqꝫ consilijs sese prudentibus vsum.
Castigare tamen quicquid peccauerit/astu
Tentat. & hostiles vt q̄mox vndiqꝫ gressus
Impediat: satagit. verum prouisus ineptit
Sepe vir: extremis vbi sit de rebus agendum.
Et se consilia elidunt subtilia. Forsqꝫ
Quiddam semper habet: non vestigabile cautis.
¶ Deinde diem Iano quartum tardissima surgens
Cum daret aurora: ingentem Burgundio turmam
Furtim exploratum mittit: quid tota Renati
Vis queat/atqꝫ acies. & qua se fronte gerebat.
Atqꝫ vbi que vellent explorauere: reuerti
Instituere viri fortes. Qui principe narrant
Omnia turbato. vicina & bella tremente:
Nocte diem interea summouit Vesperus: vmbra
Horrendum tingente polum. lucisqꝫ colores
Extincti: fugiunt oculos. & turpior atro
Nox fuit hec Orcho. nec sydere predita quouis.
Humanisqꝫ malum portendens visibus/atqꝫ
Mentibus: haud modicum se fecerat ista timēdam.
Hic vlulasse lupos tenebris: vlulasse profanas
Hic & aues memorant. Q̄ si fas credere sensu

Vsum. supple dudū vel antea
Castigare. emendare/astu. i. prudentia
Q̄ mox. i. cito

Sentencia.

Prouisus. prudens
Se elidunt. se destruunt
Forsqꝫ. i. fortuna

Cronographia

Tardissima. q: tunc noctes longe sunt dies vero breues
Qua fronte. qua audacia
Vesperus. stella vespertina
Orcho. i. inferno
Predita. i. ornata
Portendens. i. designans siue denuncians
Ista. scz nox
Prophanas. viles ⁊ indignas siue malas scz. bubones et vlulas
Memorant. referunt aliqui

Simulachra. visiones siue representationes

Turbatis: multa hic rerum ſimulachra malarum
Viſa ſub obſcure dices caligine noctis.

Pernox. puigil

Nec pernox cecinit tunc gallus temporis horas.

Huic officio. canẽdi horas qd ad gallum pertinet
Femina galli. i. gallina

Sed pituitoſam dedit huic rauciſſima linguam
Officio/merens tunc muti femina galli.

Castrantia. in castris siue tentorijs existentia
Agmina. milites

¶ Nocte ſed hac anceps caſtrantia Carole trãſfers
Agmina. diffidens vrbi muriſq; propinquis.
Accediſq; hoſti: ſtrepitu & clamore repreſſo.

Obrepis. procedis

Et furtim obrepis. mutans campumq; locumq;
Noctu. atq; inſidijs iter obſtruis ipſe Renato:
Qua fuit ad fortem venienti rectius vrbem.

Topographia.

¶ Cãpeſtri locus eſt fundo cõſtructus: ab auſtro
Nanceias ſpectans portas non e procul. huncq;
Ruſtica Iaruillam dicit vicinia fundum.

Situ. situatione
Salebra. vie aspitas siue difficultas
Jumentis. equis
Succincto. ad procedendum in bellum parato
Dux Andreius. Carolus a diuo Andrea quem in bellis Burgundi reclamare solent
Cyclopas. accusatiuus grecus idest cyclopes. hoc est fulminũ fabricatores z bombardarios
Fauces. i. introitum

Iniucunda ſitu eſt hic ſalebra/curribus: atq;
Aſpera iumentis. & quam pluuioſa lutoſo
Claudit hyems omni ſuccincto: ac arma ſequenti.
Dux ſeſe huc tranſfert Andreius. atq; Cyclopas
Omnes ipſe ſuos/ & fulmina mille/ foramen
Collocat ante illud. fauces/ aditumq; Lothringis
Tollere vult. ſubitaſq; illis opponere mortes.

Munimine. adiutorio

Et multo hic rerum ſeſe munimine cingit
Opportunarum: nocturnos fallat vt hoſtes

Improuiſus.& expectat quid fata minentur.

Improuiſus.i.non preuiſus ab hoſtibus

¶Carolus tentoria ſua reſpiciens:igne a Nanceianis ſuccenſa.



¶Interea/ad muros vrbis poſt terga relicte
Ipſe oculos caſu inflectens/cum torrida flammis
Caſtra ſua/& quicquid rerum(iam pauper) haberet
Contemplatur:ait merens.tibi Carole/finis
Imminet.exuſtas is Chermas vindicet ignis.
Sic ſecum.ardebant magni felicia dudum
principis/& nota extremis tentoria terris.
Hec omni trepidata ſolo:nunc ignibus vri
Se Nanceianis doluerunt.ſeqꝫ tridentem
Ferre Iouis mallent.& vi maiore cremari.
Optio ſed miſeris quenam datur? Ite ſuperba
pectora.pacificis diſcors o/cedere dextris
Nouerit Alletho.furor eſt non paruus:in omnes
Velle potentatus/leuibus confligere cauſis.

Torrida.ardentia

Contemplatur.reſpicit

Chermas. vrbem illam Lothoringie quam ſupple nuper igne combuſſi

Omni ſolo/omni terra
Tridentem Iouis.i. fulmen celeſte.Illam Iupiter aer ſiue aeris deus eſt cuius tridés.i.vt' ſiue poteſtas fulmen é/In aere em̃ fulmina fiunt

Alletho diſcors.i. ipſe diſcors Furias tres dicunt veteres eé apd inferos/Alletho.diſcordie deam/ctheſiphonem ꝛ megerã.

Hostem. scz Carolum

Solicito est nullus ciui sopor. vt videt hostem

Urbs/communitas vrbis/siue in vrbe obsessi

Vrbs noctu mouisse locum: pars castra latenti

Postico. porta
Que/scz castra siue tentoria Caroli

postico inuadit. Que/dum fumantia tytan
Exoriens docuit; sua tunc mouet arma Renatus.
Ergo epulis/vinoqꝫ animos armante/repasta

Cum principe. scz Renato

Omnis iens legio cum principe: tendit in hostem.

Cprima Renati cohors ad bellū Nāceianū āncustodia vulgo nūcupata.



Hertherum. qui prefectus peditum erat
Huic/Herthero

CNe tamen Hertherum fugiant felicia belli
principia; huic heros Osvualdus noīe/qui se
Iure Thyerstanum Comitem/dominūqꝫ probabat:

Ducturus. supple cū herthero
Eandē frontē.. i. primā aciem

Adiunctus fuerat: frontem ducturus eandem.
prefecto peditum Herthero/septena virorum

Milia ſuppeditant. Oſvualdum mille bis armant
Ac ſtipant equites/tot equos conſcendere docti:
Et frenare: leueſq̧ iiſdem preuertere ventos.
parte Nothus Vademontis in hac/& fida Renati
prefecto iuncta hic proprio tutela: feroces
Applicat huc animos. Tum Dõnoiulius iiſdem
Affuit: accipitrum oblitus. quos ipſe domando
principibus percharus erat. nec ĩutilis armis.
Hic & erant proceres de Stagno/deq̧ Cytano.
Nec mala tunc Vrtica deeſt. Sed nuper ab armis
Francorum aduenieus ductor: ſe hic obtulit vltro.
Ductor & Aureolus ſocium ſe iunxerat. enſes
Qui metuens nullos: vilem poſt bella ſecurim
Litoris ſubiit. Q̃ felix ergo fuiſſes
Aureole: ad manes hoc in certamine lapſus.
Tranſeo crudeli quantas ſub principe mortes
Afferat in medium preceps ſentencia. cuius
pagina non aliud (q̃ ſic volo) continet. at ſi
Audeat iratus regi/& clementior illo
Sepius: hic dicat. quod rex vis: nolo ſatelles.
O/quotiens inquit princeps: hunc piſcibus offer.
Huic caput. huic aures ferro reſcinde. iubenti:
Non percuſſori ſcelus hoc tu/iuſticiamve
A ſcribas. ſubita eſt regum ſi ſanctio: reges

Preuertere. precedere
Nothus. Baſtardus
Proprio p̃fecto. ſuo capitaneo
Dõnoiulius. i. dñs de Dõnoiu liano
Quos. ſ. accipitres/ſiue alias aues quibus in venatu vtũtur nobiles
Domando. i. ad venãdum edocendo
De ſtagno. deq̧ Cytano. ſupple nuncupati
Malavrtica. Francus capitaneus ſic nuncupatus
Aureol⁹. alius capitane⁹ frãc⁹
Litoris. i. tortoris
Subiit. i. paſſus eſt/hũc em̃ de Renati victoria redeuntem Ludouicus frãcoꝝ rex capit' ſupplicio plecti imperauit
Sub principe. ſupple quocũq̧
Cuius. ſentencie
Iratus. ſcꝫ ſatelles ſiue litor
Iuſticiamve. i. ſi iuſticia eſt dicenda

Titulos. officia
Tristor. ego autor tristis sum

Ad gladiatorum titulos accedere tristor.
Multo autem plures q̃ supra diximus: ad se
Vexillum primi contraxerat agminis. in quo

Armatus lacertus. armatū bra chium
Ex nube. ex pictura nubis

pictus/& armatus/pendensq; ex nube lacertus
Ense minax nudo: palmam spondebat ab astris.
Inscriptūq; aliquid verbis hic talibus/OMNES
VNAM PROPTER erat. qđ vbū gēte domo.

Celebratur. vulgatum habetur
Linquo. &c. quorū tñ vborū sensus esse videtur. vcȝ omnes mulieres Amari propter vnam. scȝ virginem mariam

In Vademontana multis celebratur ab annis. (q̃
Linquo quis istorum est verborum sensus, at ip̄am

Secunda/siue media Renati cohors/bellum vulgo nūcupata.



(Que media est) tenuere aciem/ & fecere tremendam

Tot Senonum turmis: aut octo/aut circiter octo
Milia tunc peditum. que delectissima possint
Dicere: nec barbas hominum/nec tela timemus.
Horum autem lateri astabat tutela sinistro
Quingentis munitus equis hoc tempore Domnus
De Reubalpetra. dominus in gente seuerus
Subiecta. tutorq; sui rigidissimus agri.
Hic generis radios audentibus ardua votis
Attollens: partem ex acie petit ille secunda
Instruere. atq; suo leuam tunc nomine duci.
Querit & hanc armis suspectam abstergere noctē:
Qua ferus irrupit motis Burgundio castris
Cesaris ad pontem: cui nunc est Monsio nomen.
Hic ergo haud excors germanica rexit equorum
Frena vir Alsaticus/diues. penitusq; sategit
Auri equare sui cumulis ingentibus/ingens
Fame stema. tamen fur est: homicidaq; semper
Liuor. & accinctus sica: fluit ipse venenis.
Et probus/& nequam/sunt illi preda. Sed audi.
In re quisq; sua iudex se viderit intus.
Nunc ad rem redeo nostram. Ducis ecce Renati
Cura/regit cunctos. Legioni namq; pedestri
Bis quadringentos equites adiunxerat ipse.

De Reubalpetra. i. castello al satie sic vocato/a quo dict⁹ dominus denominabatur

Votis. i. desiderijs audentib⁹ supple facere ardua. i. magna

Instruere. ordinare
Leuam. sinistrā ptem ipsius secunde aciei
Abstergere. delere siue purgaꝛ
Noctem suspectam. i. in qua suspectus fuerat de proditione apud pontē monsionis.

Pontem cesaris. i. quem cesar edificauit in gallias ꝓfectur⁹.
Hic dominus de Reubalpetra
Haud excors. nō pusillanimis

Stema. i. decus

Liuor. inuidia
Sica. gladio latenti

Digerat.disponat

Arduus hos inter/tamq; rem digerat omnem

In dextro cornu.in dextera pte ipsius secunde aciei.

Dux oneri incumbens patrie/ & spes vnica: dextro
Sederat in cornu:tergo deuectus amati

Scripsimus. equus Renati sicut iam superius scripsit autor domina vocabatur propter eius formositatem/sicut solent principes equis suis nomina imponere secundum eoꝝ qualitates
Hunc/equum
Phalerat.ornat
Coccinus.purpura
Cristans/crista muniens
Fulgurat.adornat
Astris.i.radijs in mod astri

Quadrupedis:dominã dici quẽ scripsimus: & quẽ
Morathense probis bellum laudauerat armis.
Hũc phalerat/diues auro prediuite textus
Coccinus:ornatu elatum;cui fulgida celsum
pluma caput cristans:auratis fulgurat astris.
Et cultum se nouit equus.sessore superbus
Magnanimo subter. certus quem deuehat armo.
Et tremulo ridens hinnitu:naribus auras
Afflat.& altisono celum transuerberat ore.

Iratus.repugnans

Tum freno iratus: vellet(quo non datur)ire

Feruidus.i. intempatus et belli appetens
Sed qui.idest quomodo
Requiesceret.ipse equus

Feruidus.& glaciem dispergit calce.niuesq;.
Nec sibi dat requiem.Sed qui requiesceret:ardens
Quicquid erat cordi domino quem gestat: In vnũ
Spes vehemens requiesq; negant se posse coire.

Spiritus.idest vigor

Irrequietus equi tunc spiritus ardua sperans
Hinnitu & gestu palme presagit honorem.
¶Sed dominum qui frena regit pecudisq; sueq;
Gentis: equo similem credas.Nam letus & acer

Ramosus.tamq̃ ramis coopt⁹

Bella sitit: galee crista ramosus.& auri

Bracteolis.i.virgulis siue laminis aureis

Bracteolis.ipsum hunc clamantibus hectora multis.

Arma ſuper cuius precioſa effulſerat oſtro
Auriuomo veſtis. veſtiq; (vt audio) dexter
Supparus herebat/tricolor conſutus. vt inde
Gente ducem a tota/color/is ſecerneret ipſum.
Nix ibi/ flamma/ciniſq; ſuos poſuere colores:
E quibus/in longum ſe ſupparus ille trahebat
Materia intextus hac: qua nos Seres honeſtant.
Sed domini phaleras/ & equi geminata tegebant
Signa Hiebuſee paſſim crucis. atq; Renatum
Late oſtendebant Solyme de regibus ortum.
Huic reliqui patrie primores/clarus & aule
Sanguis/ & officijs fulgens maioribus aſtat.
Aſtat honos. dominūq; ſequi: aut pcedere gaudet.
Et que Theutonico fatur Lothoringa boatu/
Venerat huc certe vaſti gens inclyta regni.
E Lothoringigenis/necnon Barrenſibus / aſſunt
Arma poteſtatum. vis & pretoria. fertq;
Arma magiſtratus (nullis tardantibus) omnis.
proq; ſuo fidi domino forteſq; piaſq;
Adnauant operas. & magni magna faceſſunt.
Nobilitas igitur tota hic ſincera (retractis
Perpaucis) aderat. quibus & malefida reliquit
proditio patrie/deſumptum a crimine nomen.

Oſtro. purpura

Auriuomo. i. auri fulgorem habente

Supparus dexter. i. manica dextra
Color is. triplex i manica dextra
Nix ibi. &c. i. in illa manica fuit color niuis/ color flāme et color cineris ſcōm brachij lōgitudinē

Seres. i. populi illi apd̄ quos vermes quidam ſericū generāt
Phaleras. ornamenta

Cruc; hiebuſee. i. hieroſolimitane que gemina deſcribitur. et dr̄ hiebuſca q: Jhr̄lm primum dicta eſt hiebus/deide Salem/ et poſtremo Jhr̄lm
Solyme. i. Jhr̄lm
Primores. primi proceres
Aule. i. domus ducalis
Officijs. mgr̄atibus

Honos. ideſt nobilitas

Poteſtatum. officialium
Vis pretoria. i. pretores
Omnis mgr̄atus. omē officiū

Adnauant. impendunt

Retract;. i. except; paucis patrie nobilibus qui relicto principe arma contraria. deſumpſerant

A crimine ſupple proditionis

Nepotum. successorum	Vnde futurorum tabescat fama nepotum.
Iste locus. scz congregationis nobilium	Martius iste probos decuit locus. Ergo coronant
	Circundantq; ducem fortes. & corpore charum
	plus proprio/tutantur. Ouantq; assistere tanto
	Induperatori. Et querunt gesta ardua de se
	Numq; delendis scribenda relinquere chartis.
Acies postprima. i. acies scda	His instructa viris acies postprima: potentes
Neruos. i. fortitudinem	Obtinuit neruos. vexillo ornata beato.
Virguncula. i. virgo maria Nuncius aliger. archangelus Gabriel qui alatus depingitur	Hoc nam picta aderat virguncula: nuncius ad quam
	Aliger inquit aue. dia legatus ab aula.
	Hec virgo est ob quam (cunctas) dilexerat vnam
Ab hoc. scz Comite vademōtē. & est ibi positio numeri singl'arꝭ pro plurali. i. ab his vademōt' comitibus	Ipē Comes Vademōtis. Ab hoc hūc crede (lothrigā
	Qui rem Marte regit nūc) descendisse Renatum.
	porro (salutate qui virginis aurea ferret
Signa. i. vexillum	Signa) viro forti fuit hic opus. atq; valenti
	Temnere fata. velut mortis dilector honeste est.
	Strenuus ille fuit quisquis volitantia vento
Vela. i. vexilla. p similitudinē veli ad vexillum Tante ratis. tanti belli	Tante vela ratis secura rexerit arte.
Iuratus. consecratus milicie Torque. i. cathena aurea qua insigniuntur milites	Miles/& aurata iuratus torque: vetusta
	Nobilitate fuit. Tum/ne prudentia desit:
Neustrius. normānus Pace/tempore pacis	Neustrius is. bello & feruens. sed pace remissus.
Aues/idest cupis	Et cuius si nomen aues offerre legenti:
In Ioue/in hac dictione Ioue	In Ioue que prior est tibi sillaba: surgat. Eiq;

Hannibalis primam/mox primam Neſtoris adde.
Hunc cognomento de Baudra/fecerat apta
Signiferum virtus media hac in parte.ſub ipſo
Signa alia hic domino turmatim adiuncta Renato:
per gelidas crepitant ventoſo flamine nubes.
Hic illuſtre tui ſignum ducis Auſtria:necnon
Argentinorum geminum.geminumq; refulſit
Baſilee gentis.gladiuſq; huc venit vterq;.
Huc Sleſtatenſes/huc & miſiſſe Friburgos
Hucq; Columbares/ſua pro duce ſigna tenemus.
Rauracoſq; nouo nunc dictos nomine Bernos
par feciſſe:liquet.Solturna/& Glaris/& Vra
Zeucham & Suricam ſecum huc traxere.lacuſq;
(Vnde Lacocernam dicas):hanc miſit ad arma.
Huc multe miſere vrbes:quas vinxit in vnam
Dulce ligam fedus.quarũ & germanica Francũ
Nomina me fugiunt.non hic deſerta maligne.
Inuidia caream fas eſt:ac crimine.ſi non
Omnia tot manuum refero bene geſta.beabunt
Nũq; ſcripta bonos.ſatis eſt feciſſe quod altum eſt:
Et queſiſſe illum(qui proſpicit omnia)teſtem.
Nullus honoris eget:qui cum victore rediuit
Principe.confecti poſt ſtragem & vulnera belli.

Hãnibalis primã/ſupple ſillabam/vcz han
Primam neſtoris.ſcz nes/et ex his ſillabis fiet Johannes nomen ipſius vexilliferi
In media parte/ in ſecũda acie
Sub ipſo ſcz Renato

Crepitant ſonum faciunt

Auſtria.in vocatiuo

Vterq;.ſcz ſpiritualis & temporalis Argentinorum. & Baſilienſiũ

Tenemus.certum habemus

Lacocernam. que cõmuniter lucerna dicitur
Hanc.ſcz lacocernam

In vnam ligam. inter populos quoſdam germanie antiquũ fedus eſt que vulgariter liga vocatur. ex qua multi ad hoc preliũ confluxerant
Francũ.ſupple autorem/ Francuz ideſt de Francia natum

Sentencia.

Scripta.ſupple ſola

¶Tercia Renati cohors ad bellum Nanceianum postcustodia vulgo nuncupata.



Ut ne nulla.i.vt aliqua Protegmina.i.protectiones

¶Sed ne nulla ducem facerent protegmina tutum
Vndiqꝫ:non procul hūc sequit̄ pede turma Cyclopū
Octingentorum. qui sulphure fulmem/& igne

Expediant.emittāt siue iaculēt Murumqꝫ.i.defensionem

Expediant.murumqꝫ aptent post terga/Renato.

Sub horum. scꝫ tormentorum.

Et totidem colubrina regunt tormenta.sub horum

Scorpio.i.burgūdionū sagitte

Qui tonitru leti:rident quid scorpio possit
Vulneris.Erea nec baliste brachia curant.

Tribus mēbris. trib⁹ ordinib⁹

¶His tribus vt membris/exercitus/ordinibusqꝫ
Dispositus postqꝫ est: Dux o Lothoringe:cohortes

Ire tuas cogis(feruens)in prelia.nec rem
Carolus hanc neſcit. verum vafer ipſe(benigna
Forte carens)aſpirat eo:quo tendere caſſum eſt.
premittitq; equites detectum occulta. Renato
Hec eadē faciēte. viros habet hec tūc ſarcina cautos.
Vtq; ducum primis a precurſoribus actum eſt
Egregium & gentile aliquid/curſuq; manuq;:
Belli excreuerunt exordia.frauſq; viarum
Heluetijs patuit primum ducentibus agmen.
Lucis at autorem iam viderat hora diei
Tercia:quando acies penetrauit prima Renati
proxima Iaruille campeſtria:clamq; citoq;
Hertherus tutam hanc hoſtili a fulmine reddit.
A tonitru Martis ſe poſſe abſoluere:prima
Necnon precipua eſt procinctis cautio.qualem
Vitabundus habet nudis Hertherus in agris.
Huic obiter ſeruiuit hyems tunc mitis.& atra
Candentes e nube niues cecidere:per imum
Aera.qui(ſpiſſus floccis)vicina videri
Corpora non patitur.ſed clam quo tenditur iri.
Hoc niuis auxilio/trans arua patentia celis
Tunc vt itum fuerat;pars gentis prima Lothringe
Hoſtibus accedens;ad iter ſe flexit opertum.

Benigna forte.fauorabili fortuna
Aſpirat.tendit
Occulta.ſupple loca/ſiue inſidias
Ducum.ſcʒ Caroli ⁊ Renati.
Gentile.i.ex vſu ⁊ more gentis factum
Primum agmen.primam Renati aciem
Lucis autorem.i.ſolem
Hertherus.Heluetioꝝ ductor
A tonitru.a ſerpentinarum fulmine
Procinctis.ideſt prelium intrātibus
Qualem.quam cautionem ſiue cautelam
Vitabundus/ideſt vitans
Huic.ſcʒ Herthero
Obiter.aduerbiū.i.interim
Sed patitur/ſupple aer/iri.i.ire.
Itum.i.pceſſuʒ fuerat ab Herthero
Opertum.i.coopertum

Topographia

¶Eſt vetus & ramis ſemper latebroſus/opacam
Anguſta qui fronte viam dat limes ituris

Jaruille.i.ruſtici predij ſic vocati
Ad coſtas.i.ad latera ſiue ad latus ad partē auſtralem
Caſas/domunculas
Ruris.ipſius predij

Iaruille ad coſtas:auſtrorum humore madentes.
Namq; caſas ruris fragiles/& tecta relinquens
Hec via:furtiuis ſe prebet greſſibus aptam.
Irruere hac primas Hertherus parte cohortes:
Imperat in Burgos. A quorum fulmine tuti

Frontem.i.rectam viam

Heluetij:frontem declinauere.Latuſq;

Mulciber.i.funditor ſiue ſerpentinarius burgundio

Accepere loci:quem mulciber occupat omnis

Jrritus.i.inanis
Vulcania.i.ſerpentinaria & bōbardaria burgundorum

Irritus.ars & quem Vulcania/Marſq; coartant.
Aſt hominum/aut ſaltem burgis auditus equorum

Fragor/ hic pro tumultu ponit̄

Ab latere eſt fragor. O quis equos ad prelia natos/
Aut hīnire vetat que lex:dum Martia ſurgunt

Aſſum/ſupple ſicut dicit equus hinniens

Bella? animum prodit fortem/qui dixerit aſſum.
Tunc hilares rident.Et preſagire virili
Inſtinctu creduntur atrox & nobile quiddam.
Auditis at equis/peditum cum murmure/maſſas
Fulmine ſufflatas/Senones per nubila iactant/

Paſſim.indifferenter
Glandibus.maſſis plumbeis

Sed temere & paſſim. nec quemq; glandibus hoſtē
Tunc feriunt.Omnis tonat ictu machina vano:
Miſſa per ethereas(aut arua per algida)nubes;
¶At legio poſtq; germana ac prima/ volante
A tonitru/īmunem ſe iam videt eſſe Leonis /

Et Senonum: contra hos consertis horrida dextris
prelia/ vi miscent forti. & contraria terrent
Agmina. nec grandi/ nec paruo parcitur vlli.
Securos nec opes faciunt: nec humillima Burgos
Verba. cadunt similes ouium: quas crassa macelli
Ara deo ventri mactat. iugulatq;. cruentatq;.

Senonum. burgundionum
Consertis. commixtis

¶ Bellum Nanceianum/ Burgundionum strage atq; fuga consummatum.



¶ Heluetice mos est intranti prelia genti:

Mēbra metalli.i.tubas ex metallo factas

Non tortis resonare tubis.nec membra metalli
Concaua stridentis/presso insufflare labello.
Antiquum patrie est cornu non grande.nec vllis
Est faleris comptum.sed vti de fronte reuulsum
Est bouis:assueuit loro pendere binodi.

Loro.corrigia
Binodi.duorum nodorum
Arte.artificio
Cauum.i.cauatum

Arte cauum ē. quod dum bello tonat: hostib' egrū
Horrorem arrecto solet inspirare capillo.

Vranis ciuibus.i.de vra heluetiorum oppido seu ciuitate

Illud & Vranis(nec enim preciosius illo
Huic quicq̧ genti ē) seruandum ciuibus euo est
perpetuo. & pingui seruantes ditat honore.

Indiciuȝ fidei.i.q̧ sint fideles siue firmi

Addit & indicium fidei.Letatur & Vra
Se primam in bellis.& prelia clangere tali
Tamq̧ graui/& noto per celum & tartara cornu.

Cornicen.canens in cornu

Mugĳt hoc igitur dum cornicen:atq̧ boatu
Triplice concussit campum:fragor ecce remugit

Signa.vexilla

Horridus.accedunt omnes qui signa Renati
Cetera gestabant.& qui gestata sequuntur.
Et burgas Lothoringa fugat vis inclyta vires.

prima Caroli acies / ipseq̧ Carolus magnaīter pugnātes.

Aut nudo obtruncat ferro.Sed prima Leonis
Hic acies patuit ferro generosa.Ducisq̧
Armipotens fulsit virtus.animusq̧:manusq̧.
Hunc posses dixisse ducem.regemq̧.vel ipsum

Gradiuum.i.Martē deū belli.

Gradiuum.nempe is solus(nisi fata vetarent)
Mille viros poterat bello terrere potentes.

Sed fortem interdum timor occupat. E super hoc ē — Sentencia
Interdum. & frenos superi mortalibus addunt.
Nil possunt homines bello: nisi quatenus illis — Quatenus. i. quantum
permissum est. At sepe deos (quos cuncta regentes — Permissum est. supple desuper
Credimus) infestos nobis fabricamus. & hostes. — Infestos. iratos
Carolus hic pugnat: nunc dux. nunc miles. equumqꝫ
Traijcit huc illuc. & confertissima gaudet — Traijcit. impellit / Confertissima. densissima
Arma sequi. atqꝫ suos (vt se) defendere gestit:
Ante obitum delens / quod mollius antea gestū est.
Fecit is in fortes quicquid fortissimus / armis — In fortes. contra fortes
Debuit. O bone dux: bone dux O Carole: solus
Carole quid pugnas? proceres cum plebe relicto
Te: fugiunt. sed quem querunt sine principe finem?
Inqꝫ fugacis equi fidunt pleriqꝫ sinedra — Sinedrā. i. fuga / ē eīn sinedra multorꝫ recessus ꝛ quasi agmine facto discessio siue fuga
Infami. & gladios vitant: vt flumina (mersi)
Dura gelu subeant. stigis & mox flumen aduste. — Subeant. i. intrent / nam multi Burgūdionum fugam arripiētes per fluuium Murtham qui iuxta erat / in eo submersi fuere / Stigis. fluuij infernalis / Aduste. ardentis
¶ Virginibus templum est sacris insigne: vetusqꝫ:
Infra quod vel Murtha fluit. Lothorīgus & illud — Infra quod. sub quo templo
Boxerias ait. Ast pons amni est saxeus: In quo — Ait. i. dicit siue vocat / Amni. fluuio Murthe
Clausa fuga est Burgis. hos te vir clare: Comesqꝫ
De Campobasso / gelidas vrgente sub vndas. — Vrgente. compellente. s. ire
Terruit hos notum bis cornu. O parce timori — Bis notum. scꝫ semel apđ Grādisonum / ꝛ semel apud Moratum
Non vano. est tibi nūc etiam dux magne / timēdum.

Ibi.in hoc prelio Custodia.i.custodes	Non (ibi fida) tui custodia corporis/aut te
Validissima.scz custodia	Aut sese eripiet morti. validissima quis
	Sustinet insultus; a tergo & fronte cruentos.
	Sed rigidos superans hostes Lothoringia: vincit
Fati.i.belli siue dispositionis rerum	Fulmen. equos. homines. & duri obstacula fati.
	¶Res gladijs postque felicibus acta/Renatum
Ostendit.supple res	Magnanimum iuste victorem ostendit: hiantes
Ceu.tamquam	Nunc primum referat portas: ceu carcere liber
Ciuis.idest ciues.singularis pro plurali	Ciuis. & auxilium fortes nunc fortibus addunt.
Fortes. scz ciues Metunt.gladijs secant	Quod superest hostile/metunt. & guttura cultris
	Attentant inimica. aut certe in viscera grandi
Ira.scz ciuium	Vulnere demergunt. & se probat ira ferocem.
	Castra alij. vepres alij/siluasque/locosque
Obstrusos.obscuros	Obstrusos/oculis lustrant ardentibus. Heu me
	Heu/Lothoringus ait quisquam: quod cesa tot istic
	Corpora sunt sine me. tenuit me murus in vrbe.
	Clausa etiam tenuit: tenuit me porta. Satisne
	Hic ergo excusor? nequaquam. militat egre
Viribus defensionibus Ratio.excusatio Nutans.i. titubans talis excusatio.	Viribus orba suis ratio tam paucula. nec se
	Sustinet. at nutans: vicij me damnat inertem.
	Debueram ne foras per propugnacula saltu
	Irruere ingenti? vir eram. sed femina visus
	Sum mihi nunc. scelus est: hosti se pandere mitem.

Quid fruſtra hic calco ſine ſucco mẽbra tot? eſſem
Sine ſucco. ſine ſanguinis hu‑more
Oh deſiderij nimirum compos. & eſſem
(Si poſſem hoſtili fedari ſanguine) felix.
Sed meus hunc titulum / ſiccus mihi denegat enſis;
Hunc titulum. ſcꝫ felicis
Quem nulla exornat calidi / gelidi ve / cruoris
Calidi. p naturam. gelidi prop‑ter hyemis tẽpus tunc ſeuiẽt.
purpura. ꝙ ſitiens noſter redit enſis ab hoſte?
Purpura. rubedo
Q₂ tam terſus adeſt: noſtra ẽ iniuria. fulgens;
Iniuria. vituperium
Imbellis fore ſe domini teſtatur. & iſto
Indicio noſcar qui vir ſim. quantus & armis.
Communis ꝙꝙ ẽ nobis victoria totis
Ciuibus; & iunctis nr̃o cum principe; multo
Maius erat dextram victis imponere Burgis;
Multo maius. multo laudabili‑us mihi
Et ſi palma placet: queror o de principe / multum
Et ſi palma placet. Quis place‑at mihi victoria
De principe. ſcꝫ Renato
Et nimium victore. nihil nihil ipſe reliquit
Enſibus hei nr̃is. pedibus ſed corpora tantum
Calcanda. & nr̃is ſummiſit calcibus ora.
O non ſponte humiles / ſed victi iure Leones;
Matribus & nati nunc infelicibus: & nunc
Nati. ipſi Burgundiones
Fata tot ante focum deflentibus. Ecce quid intra
Fata tot. tot mortes
Ante focum. ãte ignem propter hyemis vigentis frigus
Hos annos / lucri (queſita morte) refertis.
Refertis. ſcꝫ vos Burgundi
Queſitam hanc etiam terram retinetis. Eamꝙ
Eripiet vobis nemo inuidus. Ora luporum
Ora cauete canum. & volucrum nunc roſtra cauete.

Non alios vobis hoſtes hec dulcia tandem

Tangere.pſequi

Bella reliquerunt.odium vos tangere noſtrum

Deſinit. poſt mortem veſtram

Deſinit hic hodie.terramq́ꝫ tenemus eandem.

¶ Talia nonnulli victores verba vomebāt

Caſtra per & campum victi ducis.atq́ꝫ cruentis

Laſſi.aliqui victores

preſſa cadaueribus miſcent veſtigia laſſi.

Accurruntq́ꝫ omnes a menibus.& noua querunt

Gaudia:per grandes occiſe gentis aceruos.

Plurima genera.multas differentias

Hic gladiatoris ſpectacula plurima Martis

Aſpiceres genera: & mortes tibi ſorte patentes

Diſſimili.Et quales/noctis per ſomnia fingit

Eger homo:quarta(recubans)qui febre laborat.

Dimidijs.i. truncatis ſiue laceratis

Et modo dimidijs lati ingens area campi

Squalet.deturpatur ſiue impletur

ymaginibus.i. corporibus ſiue membris

Squalet ymaginibus.curruſq́ꝫ/enſeſq́ꝫ/viroſq́ꝫ/

Fortuna.i.caſus

Inuerſos:miſcebat humi Fortuna.Caputq́ꝫ

Inſidet humano(quod equi fuit antea)collo.

Acephalo.i. capite truncato

At contra/acephalo viſa eſt humana caballo

Ceruix.i.collum vel caput

Adiungi ceruix cum pectore.Sicq́ꝫ biformem

Cētauri. illius monſtri qui ſemiuir eſt & ſemiequus

Centauri effigiem caſus formauit:& error.

Et caſu ſe aptant variorum ſciſſa ruentum

Membra:velut glacie inter ſe compacta/lutoq́ꝫ.

Hec ſimulachra gelu tandem durata:putares

Gorgonis meduſe. illius femie

In ſilices conuerſa.& Gorgonis illa Meduſe

Tunc cum viua forent: crines vidisse colubros.
Tot noua tu mortis posses horrescere monstra:
Cum videas istos nullis/scissisve iacere
Cruribus. his dextras/aut nullos esse lacertos.
Auribus/aut naso/multos fors exuit. atqꝫ
Corporibus vel mille/caput vix affuit vnum.
Et quia (cum caderent) hec corpora frigus adussit:
Quos tenuere: tenent gestus. hic brachia celo
(Si qua habet) iniectat. toruā alter fronte minatur.
Iste Yrim curuat: vel saltem hanc velle videtur
Curuare. at desunt huic arcus. chorda. sagitte.
Tum veluti clamans: ingente fatiscit hiatu
pars horum exhalans animam. pars turpia torto
Ora mouet cinno. & mortem sibi vita subarrat.
Nam multis anima est languens: mortalia postqꝫ
Vulnera suscepit. latebrasqꝫ (exire repugnans)
Scrutata: exercet quosdam sine robore motus.
Et gestum variant/laxis post funera neruis:
He mortis statuę. nudoqꝫ hęc inguine/celum
Infestat. phebo fedum altera publicat omne.
¶ His ego portentis quid longius īmoror? illis
Debemus lachrymas: qui vite exempla ruentis
Quottidie: ante oculos coguntur ponere nostros.

Cū viua forent. scʒ simulachrā interfectorum
Vidisse. supple putares crines colubros. i. colubrios. s. Gorgonis meduse. Secūdum poetarum hystorias/ neptunus hanc medusam in tēplo Minerue violauit/ vnde irata Minerua crines eius quibus neptuno placuerat in colubros mutauit/ q̇ talem virtutem habebāt. vt qui eos inspicerent in lapides mutarentur
Exuit. priuauit
Yrim. s. arcum p methaphoram
Huic. i. alicui
Fatiscit. i. aperit os tāqꝫ loqui vel clamare volens
Cinno cinnꝰ. est oris cōtractio in moriente
Subarrat. substituit
Scrutata. perquirens anima
Variant. statue mortis
Hec. vna statuarum
pium dictum
Portentis. monstris

Mundo/ideſt celo
¶Horrida preberet dum ſic ſpectacula mundo
Ciuis/Nanccianus
Victi turba ducis:predas & ciuis opimas
Quiſcꝫ ſibi raperet: prohibet dux victor . & inquit.
Socijs/ideſt confederatis noſtris germanis
Hic ſocijs quicquid prede eſt;donamus.& ijſdem
Federe coniunctis:caſtrorum linquimus omnes
Omnes exuuias/omē ſpolium
Exuuias.pars hec Rhenenſes ditet amicos.
Decꝫ pio lapſa huc hodie victoria celo
Pars mea/eſt ſupple
Subiectis/ſcꝫ meis
pars mea.ſubiectis pacem/poſt bella relinquo:
Si deus hanc affert/intacte virginis infans:
Cuius erat belli palmam quo(flectere)vellet.
Protenus/ ideſt ſtatim vel poſtea
¶protenus/vt denſe cumulos heu ſtragis/ab imo
Verſauere viri celeres;nec denicꝫ Burgum
Comperiunt poſt bella ducem: dolor occupat ipſos
Iuſte/non ſine cauſa
Victores.iuſtecꝫ timent: ꝙ fugerit hoſtis.
Et ſunt/aliqui ſupple/ quis.i. quibus.
Et ſunt quis animo ē/nemora / & loca tecta petentē:
Marte ſequi valido.nec ſpem dare bella volenti
Poſt fata/poſt mortem
Suffugere.at falſo hūc credunt poſt fata fugacem.
¶Immotus(quem credis equo tentare ſalutem:
Et bellum fugitare)manet dux Carolus.illum
Illum morte ducē. i. ſi poſt mortem licet illum ducē appellare
Morte ducem ſumpta/noſtro ſi more vocamus.
Aduerſum hic cunctos ſtabilis nūc ꝑmanet hoſtes.
Nec centum metuit ſolus.nec milia ſolus.
Vlla nec hunc vmq̄ꝫ terrebit lancea.nullus

Mucro.nec ad ſtrepitum fugiet tremefactus equorũ.
Hunc quiſq ne ſequi pergit? ſic ire:perire eſt.
Et cecas errare vias.nunq reuerti.
Certa petis magni veſtigia principis? Ito
Quo placet.hunc nũq totum/nec habebis eũdem.
pars petit aſtra leuis ſed prepurganda.reatus
Nempe Leoninos vindex prius eluet ignis.
Altera cum pondus ſit pars terreſtre:ſepulchro
Dormiat;expectetq tube mandata ſuperne.
¶ Eſt in Nanceijs aratro locus vtilis aruis:
Nec procul a muro/pluſq ſolet ire ſagitta
Miſſa ter.& iuxta eſt Rhodijs locus edibus ille.
Hunc autem antiquo virileturn nomine dicit
Vulgus.at an fato/ſeu caſu/emerſerit ipm
Nomen.habet nemo compertum.nemoq notum.
Accliuem dat terra locum.gremioq lacunas
Format.& herboſam nutrit bibuloſa paludem.
Stillanteſq receptat aquas.operitq receptas:
Agri humore frequens/vtroq in tempore carex.
Forte recollectum turbatas Carolus alas
Diſiectaſq acie hoſtili dum vaderet:atro
Latus equo:aut aliquam vt peteret fugiendo ſalutẽ:
Incidit huc.curſumq palus ſopiuit aquoſa.

Sic ire. ſicut Carolus ſupple qui mortuus eſt
Nunq reuerti. quia nullus a morte reuertitur
Petis/tu quiſquam ſupple]
Totum. quia anima euolauit
Nec eundem. cũ ſit ſupple mortuus
Pars leuis/ſcz anima
Altera pars/ſcz corpus
Tube ſuperne.i.diuini & extremi iudicij

Topographia letalis loci in quo Carolus morte occubuit.

Iuxta.i.ppe aduerbialiter cõſtruendo
Edibus Rhodijs.i.ſacello cruce ſignatorũ Rhodiorũ
Hunc.ſcz locum
Virileturn.quaſi letalis.i.mortalis viri locus
Gremioq.i.cõcauitate
Lacunas.i.aquarũ receptacula
Stillantes. de ſuperioribus locis cadentes
Carex.illa herba paluſtris.frequens.i.ibidem habundans
Alas.i.partes ſui exercitus
Huc.in illam paludem
Sopiuit.i. retinuit ſine impedijs

Cernua. declinia siue cadētia

Cernua quadrupedis tunc heu tunc colla secutus

Vectore. scꝫ equo suo

(Cum vectore ruens tumido) contra impia questus
Fata: potēs olim princeps: modo perditus; atqꝫ

Interrogat. interrogādo exclamat contra fatum

Infelix: pauca hec moribundo interrogat ore.

Carolus hic Jani. ꝛc. In hoc versu ꝑ numerales lr̄as ipius/ ostendit Carolus annum/ mensem/ diem atqꝫ locum/ in quibus vitam ꝑdidit in bello Nanceiano

Ceno. luto

Testamentaria. vltima

CaroL Vs hIC IanI qV Inta/sIC V InCo renat VM:
Hec stomachatus ait: moriens. cenoqꝫ/ niuiqꝫ
Tunc verba immiscens testamentaria: tristi
Ore locum mortis mensemqꝫ/annumqꝫ/diemqꝫ/
(Vi periens multa) versu complectitur vno.
Atqꝫ oculos celo intendens (nam tendere palmas

Mandat. commendat
Olimpo/celo

Non valet hic) animam sperato mandat olimpo.

Uda. madida

¶ At generosus eque postqꝫ se filius vda

Mollia. supple loca

Sentit humo captum: contra conatus in astra
Surgere: vi pugnat. nec durus mollia vincit.
Sed latus obuersans nunc hoc; nunc illud: in armos

Epiphia. i. falere

Inqꝫ caput recidit. franguntur epyphia. criste
Franguntur fragiles. & nuper fulgida/nigro
Arma luto pallent. rerum decor & fugit omnis.

Comparatio

Sic in viscata passerculus arbore/visus
Est mihi (cum redimi tentat) contendere: captus.
Quo magis hic pugnat plumas absoluere. crasso

Intricat. Inuoluit

Hoc magis intricat se visco. & rostra/pedesqꝫ
Implicat. elususqꝫ opera cruciatur inani.

Hic miserum risura ducem Fortuna: cruentis
Applausit manibus. tunc & crudelis/ad illud — Applausit. applausu manuum letata est
Corpus equo pressum/frontis/mentisq;/lucernas — Lucernas. i. oculos
Terribiles figens: re se solatur atroci. — Re. i. negocio siue bello
Huncq; ferox samnat: quem milite cernit ab omni — Samnat. irridet
Semotum. & totis desertum ridet amicis.
¶Namq; suo longe secretus ab agmine/duram
Dum ruit in glaciem: mox pondere fracta ruine — Fracta. ipsa glacies
Hec in aquas resoluta: lutum formauit: & antrum
Molle. thorum strauitq; inimico terra cadenti. — Thorum. i. lectum / Inimico. Carolo
Hic lectum extrema sortitus nocte (pauorem
Nescius humanum) nunc nunc pauet omnia: vite
Traditus exilio. & terre iam plenus amate.
Sic iacet ille ducum dux/bello maximus: vnda
Naufragus in parua. verum superatus ab hoste — Ab hoste. scz Renato
Ingenti. nec enim multo sine sanguine/mortem
Tunc obijt. multo cecidit dux vulnere fractus.
¶Fortis erat princeps. necnon animosus. & vltra — Princeps. scz Carolus / Ultra. i. plusq;
Cōmunes. quem nec valuit mors vna ruentem — Cōmunes. scz principes
Vincere. concurrunt multe hec ad funera mortes. — Ad funera. ad mortem Caroli
Fata quidem primū nimis inclementia. deinceps — Fata. fatales dispositiones
Dura loci glacies: & acuti vulnera ferri
Maior equi moles/armorum & pondus/in vnum — Maior. i. multum magna / Moles. i. magnitudo siue ponderositas

Coniuraſſe ducem: ſtudio perhibentur eodem.
Multus & horrorum cumulus precordia lapſi

Excurſat. decurrit
Tumiduſq;. ſuperbus cōtumax
Senſus. vitalis vigor
Differt. prolongat

principis excurſat. tumiduſq; in pectore ſenſus
Iura necis differt. Et membris membra remittunt
Effugientem animam: ſed vi. nec abire volentem.

Martis dei belli / ad Carolū īterēptū orō

Junonius. Junonis filius
Mauors. i. Mars deus belli
Occaſum. i. lapſum ſiue mortē
Quo fato. qua celi diſpōne

¶ Viderat e ſupero Iunonius ethere Mauors/
Hunc ducis occaſum: fatus ſic triſtia. noſtre
Milicie flos o marcens: Quo victima fato
Noſtra iaces: nimis ad mortis feſtinus abyſſum?
Redde quot humani torrentes ſanguinis altos

Credulus. ſc; ego Mars

Sperabam duce te: venturis (credulus) annis.
Ante diem properas ad auos. nec bella ſenecte
Vlla tue/ dux o nobis dilecte relinquis.
Sic nudum verſas gladium? Sic ſpicula vibras?
Sic ne probas quantum ferro longiſſima poſſit
Lancea? Sic an equi curſu te mittis in hoſtem?
Arma nec impleſti gladijs incepta. faces quot

Faces bellorum. incendia pliorum
Dyone. i. dea venus / amica mea
Ridet. letatur/ eo q; ſupius Carolus dixerat ſe nullum veneris diem poſtea celebraturum

Bellorum extinctas hic tecum cerno? Dyone
Te mea nunc ridet. que me tibi ſomniat hoſtem.
Triſte tibi/ ac modicum eſt: ſolam tinxiſſe cruoris

Europam. terciam orbis ptem

Imbribus Europam: tua nil nunc arma timentem:
Sed pia ſperantem ſopite tempora pacis.

Sciſſa. diuiſa

Sciſſa reſarciri ſe pax letabitur: orbes

post aliquot solis. sic sistunt fata sororum
parcarum. quibus est eui sors nota futuri.
Et tua tunc poterit cum posteritate Renati
Nubere posteritas: pirrhe tamen edita iactu
Si qua tibi posthac. Sin mascula: ducere castos
In thalamos sibi: quos hymeneus consecret. vnas
Componens gentes: quas trux armarat Herinis.
Ergo due sibi res cedunt. paruissima quarum
Nomina sunt/pax/lis. breuior sed lite profecto est
pax/peregrina quidem terris: atq; hospita: tēpus
Ad modicum. verum ambitio spe credula/supra
Q̄z decet: humanis litem mortalibus ipsam
Conciuem ascripsit. nec terris exulat vnq̄
A totis. redituram aliquis litem excipit ater
Angulus. inuidie cura/nisuq;/fouendam.
Sed neq; te latet/alma ducem pax fulmine nostro
Interrupta diu quondam. cum lilia bello
Impeteres inamata tibi. patriq; tuo. post
Funus aui crudele tui. quod flumen Yona
pontibus admisit letis pro tempore gaudens
Amnis: & vlcisci hic risit (se teste) nefanda/
Iustaue (nam rumor anceps) homicidia porte
Barbete. trepidans que nocte Lutecia flerat.

Soroꝝ parcarum. tres sunt fatales sorores secundum poetas scz Clotho Lachesis ꝛ Atropos que dicuntur rerum venturarū fata disponere/ et dicuntur parce ꝑ contrarium quia nemini ꝑcunt
Pyrrhe tamen. secundum poetarum fabulas post diluuiū remanserūt Deucalion ꝛ Pyrrha ei⁹ vxor / qui Deucalion quot lapides post tergū vxoris sue ꝓiecit tot masculos generauit Pyrrha vero quot lapides p⁹ tergum viri sui proiecit tot puellas generauit ꝛ sic diluuij dānum reparauerunt
Ducere. supple vxorē de posteritate Renati
Hymeneus. nuptiaꝝ deus secundum fabulas
Herynis. discordia

Sentencia pulchra

Te. O Carole supple

Aui tui. scz Johannis Burgūdionum ducis qui apud monsteriolum Francie oppidum supra pontem vbi duo fluuij Sequana ꝛ yona se immiscēt, intercēptus fuit eo q̄ in vrbe Parrhisia Aurelianum ducem/ noctu ꝑ satellites suos interfici fecerat / iuxta portam / quam barbetam vocat antiquitas vnde ciuitas Parrhisiana non modicum turbata fuit

Poſt.i.poſtea
Sedata.i.pacata ſiue pacificata.
Noſtratibus ſacris.noſtris ſacrificijs
Non craſſatura. non crudeliter ꝑmanſura

Sentencia.

Autoꝛ.i.factoꝛ ꝑ accidens

Vitricus. non verus pater

Gigni.generari.qꝫ bellamus vt pacem ducamus
Per illam. ſcꝫpacem

Nauare.i. cōponere ſiue oꝑari

Quid tandem. ſupple dicenduꝫ vel faciendum

Debes.i.debebas

Sim.i.eſſe velim
Ingratus.erga te

Viuus.tu viuens

Hunc.i.eundem ruboꝛem

Quid trahor ad priſci crudelia temporis arma:
poſt ſedata tamen? maiorum more tuorum
prelia debueras noſtratibus annua ſacris:
Eterno tamen heu/non craſſatura furore.
Finem cunctus habet belli rigor.& mihi ſepe
Cedendum paci eſt/ inuito.pacis & autor:
pacis ſio pater nolens.re vitricus illi.
Nil aliud mars eſt/q̄ bellum aut prelia.bello
Conſtat enim pacem gigni perſepe.per illam
Heu Lothoringigenas poſthac/gentemq̄ Leonis
Fedus amiciciaſq̄ ſimul/nauare:tremiſco.
Quid tandem? quod fata volent: ego tuq̄ feramus.
Multa mihi debes:que iam deſpero.nec vnquam
Sim tamen ingratus.meritis mihi charus:amori
Implicitus firmo es.qui dulci ac vbere noſtram/
Ardentemq̄ ſitim ſaciaſti ſanguine viuus.
Mortuus hic/referes ex hoc non vilia certe
premia.nec cuiq̄ de te quandoq̄ licebit
Dicere:te totum vici dux Carole: cui non
Obijcere hunc poſſis ſurgentem in fronte ruborem.
Viciſti hunc ne ducē/qui te modo? victor vterq̄ ē:
Inq̄ vicem victus.tu vite finibus exul:
Fama immortali viuax:celebrabere ſemper.

Nec quia nunc vicit dux te Lothorīgus: ob illud
Fortior eſt. verum longe felicior. iſꝙ
Iuſtior in cauſa: iure eſt dījs fretus amicis.

> Dijs amicis. celeſtium auxilio

At tibi dux fuerat moriendum ſi ſemel: iſto

> Si ſemel. ſi pro quia

principe ſub iuſto/ſub defenſore/ſuaꝙ
Eiecto tellure: necem/& victricia debes
Gratius arma pati. ſi qua eſt in funere virtus.

> Gratius. i. magis gratioſe ſiue patientius
> In funere. in morte ſiue in moriente

Multa tuam releuant mortem ſolatia princeps:
Frangere quem nemo (niſi qui fortiſſimus eſſet
Cunctorum) valuit. Laus ſolius iſta Renati eſt.
Hunc iuuere boni (voluit dum tempus) amici:
promeritum obſequij quicquam. quicꝙ̄ve fauoris.

> Promeritum. i. qui meruerat. Quicꝙ̄ obſequij. ſupple ab Heluetis quibꝰ apud Morathū auxilio fuerat aduerſus Carolū

Regum nemo/ducum nemoꝙ/nec vlla potentis
Imperij fuit aula: manum preſtare Renato

> Manum. i. auxilium

Auſa. duces timuere omnes. Te/ſolus obiuit

> Timuere. ſupple te o Carole
> Obiuit. expugnauit

princeps: huicꝙ datum eſt preclarū audere patēter
Armorum hoc facinus: triſti quod lumine cerno.
Auſus & eſt noſtro is princeps inſcribere campo

> Inſcribere. qᷓ ipſe te Leonē vicit ſicut hercules vnum vicit

Herculis arma noui. qui te virtute Leonem
Strauerit ingenti. me vix credente quod actum
Hic oculis cerno. Tanta eſt mors iſta: per annos
Vt nequeat multos mundo veriſſima credi.
Qua re magnifici priuatus honore ſepulchri:

> Qua re. ob quam rem

Ipſe diu fies.dicetqꝫ proteruia gentis

Amor/ſupple gentis tue/dicet viuit Carolus

Longa tue:viuit. vel amor poſt funera longus.
Qꝫ tamen hic dormis:obnoxius es mihi:qꝫ te

Euge/letantis interiectio

Nec ſenium/nec te morbus conſumpſ[illegible].Euge.

Ferre/ideſt pati

Ferre domi mortem;molliqꝫ incumbere ſtrato:
Spectat ad ignauos.animam ſed reddere Marti

Sub diuo/ſub nudo celo
Accerſere/aduocare

Sub diuo:Regum eſt.celumqꝫ accerſere teſtem
Depoſite in campis anime.celoqꝫ volantis.

Membra/ſupple tua

Cetera ſunt terre.& terreſtria membra.Renato

Clemens/Renatus

Cura erit/hec mandare ſolo.ſolemnia clemens
Ac pius:extremo componet funera dono.
Inde ſuo referet victor pro munere laudem hanc
A tot principibus(quos tellus ſuſtinet ingens)

Dicturis/qui dicent

Dicturis:Cur non quod fecit:fecimus omnes?
Armipotenti igitur venit hac de morte Renato

Creſcetqꝫ/ſupple p famam
Ab illa/ſcꝫ morte Caroli

Gloria.ſed ſoli.creſcetqꝫ Renatus ab illa.
Et nomen cognoſcet Arabs tam grande.nigerqꝫ

Indus/de India
Idem/ſcꝫ nomen Renati
Cunas ſolis.i.ortum ſolis/& ſepulchrum.i.occaſum ipſius
Equoreũ.in equore fieri viſuꝫ

Indus.idem ſolis cunas.tangetqꝫ ſepulchrum
Equoreum.Tandem tanti ſplendore triumphi
Dux victor/celebri monſtrabitur indice ſemper.

Ferripedis.i.equi

Hanc ferus ad vocem Mars frena ĩuertit.& aufert

Attrebates.attrebatenſes
Armatum.in ſupino
Lilia.gaudentia.i.Ludouicuꝫ regem Francoꝝ de morte Caroli gaudentem

Sefe hinc: ferripedis curſu.gaudentia triſtes
Tunc it in Attrebates armatum Lilia velox.

¶ Victor at interea princeps/ob munera palme
Desuper accepte: dulces fautoribus hymnos
Dijs canit. atq; omnis celum ferit ore sacerdos.

Renatus ob victoriã de Carolo habitam superis agit grãs.

Templaq; thure replet suauem redolentia fumum.
Et sua diuus aper/gentis patronus & vrbis:
Ornari/& crebris fulgere altaria ceris/
Fronte videt leta. nec Apro superasse Leonem
Exiguo est decori. tantum & gessisse duellum.
Res equidem est nobis exploratissima: celum
Reiecisse preces nunq;: quas fuderit insons
Clamor. At iste/astris est exauditus. & Apro.

Apro. sancto Apro
Leonem. Carolum
Decori. honori
Gessisse. cum leone supple
Duellum. bellum ipoꝝ duoꝝ
Sentencia pulchra
Exploratissima/certissima
Insons. innocens siue iustus
Iste. clamor
Apro. sancto Apro

¶ Inde triumphales iaculantur compita flammas:
Igne polum feriente. timensq; incendia celum:
Obiecit gelide nubem niuis: atq; pruinas.
Brachiaq; in longam nectens vrbs tota choream
Reddit ouans grates. felicis & acta Renati
Digerit in numeros. & leta & tristia miscet
Carminis in legem: lachrymas/risumq; mouẽtis.
Atq; diem/posthac nunq; oblitura iuuentus:
Albis perpetuo chartis atramine pingit.
Aut carbone. legiq; volunt in fronte viarum.
Vox ibi psallentum letissima. multus & oris
Risus. At ante omnes/vox est replicatior vna:

Compita. loca publica
Vrbs tota. omnes ciues
In numeros. in cantilenas
Carminis. i. cantilene
In legem. in mensuram
Atramine. incausto
In fronte. in compitis
Replicatior. sepius replicata

Atq; ducem fugiſſe: ducem fugiſſe: ducemq;
Ode. cantilene — Fugiſſe aduerſum; repetit creberrimus ode
Sentencia — Circulus. O meliora deus q̄ credimus: affert
Sentencia — Sepe. Fugã nec habet: quod mortis cõpede victũ ē.
Sed quid ego verbis/rerumq; ſub ordine conor
Hunc replicare diem: quo ſe Lothoringia ſcribi
Oras. regiones — Felices inter mundi circunſpicit oras?
Afferre in medium ſi pergo ſingula; noſtram
Deficiet. relinquet — Deficiet tempus linguam; narrare volentem.
Ante/oculis fumus/vel caſto mecha marito
Vxor/onus laſſo/vel paci rixa placebit:
Q̄z valeat linguis hec Iani quinta referri/
Tam feſta. tam feſtina ſiue leta. Duci. Renato — Nanceio tam feſta dies populoq;/ducíq;.
Nocturne cene. i. veſptine/que erat Epiphanie dñi ſiue regũ vigilia in qua mos eſt in cena regem vel reginam ſorte eligẽ & rege vel regina bibente clamare rex aut regina bibit — ¶ Adde q̄ in toto nocturne tempore cene:
Nulla fuit ſine rege domus. ſed tecta quot vrbi
Potu. q̄ potante rege clamat̃ ab ab alijs rex bibit — Regine aut reges tot ſunt: quos cena coronat
Frondibus & ſertis. aut puro (ſi queat) auro:
Regia tunc potu maieſtas noſcitur. ipſa
Nam crathere ſitim quotiens perfuderit; aut rex/
Aut regina bibit/totis clamatur in aulis.
Hec ſceptra. hec feſta regum — Munere Bacche tuo decorãs hec ſceptra quotãnis
Bifurca. i. bleſa ſiue balbuciẽte proter nimiam potationem — Hunc reſonare diem lingua (ceu credo) biſurca
Et titubante; iocis & laſciuire; dediſti.

Tranſierat leuium cum regno/gloria regum:
Fluxa velut rapidi via fluminis. & modo reges
Nomina deponunt regalia. regius autem
Ciuibus eſt animus; theſauros pacis adeptis.
¶ At primum vt Tytan a Thetyos amne reſurgit:
Egreſſi portis ciues; hoſtilia rurſus
Caſtra petunt. iuuat excidium ſpectare. pioq;
Iam metiri oculo: quot tante funera ſtragis.
Diruta caſtrorum/fumanſq; ſuꝑbia/luxu
Depoſito; monſtrat tumidos nil poſſe: tonantis
Ante dei dextram/pacem portantis: & arma.
Hic potuit quiſq; quo cum pugnauerit hoſte
Noſſe. & in occiſi deprendere corpore/fractum
Dimidiumq; enſem. quo rite accinctus (vt audens)
Heſterno affuerat bello: non fortibus impar.
Ille vel ille ſuam miratur in hoſte ſagittam:
Aut iaculum. ceſi quod poſtq̃ a vulnere traxit:
Inſculptum hic noſcit fabri de nomine ferrum.
perdita cum magno ſua gaudens ſpicula fructu.
Et damno applaudit. quoniã ſic perdere: lucrum eſt.
A bene defenſis poſtq̃ germanica terris
Arma reuertiſſent cis aut trans flumina Rheni:
Ingentes ſecum gazas/& premia ſumpti

Leuium. pue durationis q; vna tantum cena durant

Regius anim⁹. i. tam leti erãt vt oĩs ſe regibus ſimiles pu-tarent

Thetios amne. i. aqua maris

Excidium. ruinam hoſtium

Quot. ſupple ſunt
Funera. i. corpora occiſa

Fumanſq;. igne periens

Tumidos. elatos principes

Rite. honeſte
Accinctus. armatus

Arma germanica. i. viri armati germanie.

Gazas. diuitias
Sumpti. aſſumpti pro Renato

Tropheis.ſpolijs

Aſportant belli;pulchris onerata tropheis.

¶ Iuſſu Renati occiſorum corpora colliguntur & ſepeliuntur.



¶ Tum pius(vt decuit)miſeranda cadauera victor

Gelidiſſima.q: hyems erat

Dux iubet imponi tumulis:gelidiſſima primum
Dum patietur humus ſe ferri cuſpide ſcindi.
Et datur hic tellus inhumatis(dicere nolim)

Dicere nolim q: nonplus ſunt hoſtes q̃m mortui ſunt

Hoſtibus.hos patrie heredes victoria fecit.
Atq; ſepulchrandis patet hic locus:ore ſacratus

Manu.benedictione

pontificiſq; manu.& ſtructum non grande ſacellũ

Alma.ſcz vbera

Virginis:alma deo que prebuit vbera nato.

Cognomenq; dedit.huic ſacello ſiue oratorio nomen ẽ ſancte marie de victoria

Cognomenq; dedit tante victoria matri:
Incorrupta hominẽ peperit quę virgo:deumq;:
Qui falſos nihilaſſe deos mihi creditur.Et quo
Euiciſſe modo te credo Renate tot hoſtes.

Hi ne forte feris fierent alimenta per agros:
Solicitis fuerat tunc pollinctoribus arta
Cura. ſed ante omnes/gentis diſquirere fracte
Illuſtre & fulgens caput antea. ſpemq; ducemq;.
Queritur: inuentus nulli. tunc creditus ille eſt
Qui pateat nuſquam (pegaſo celer atq; timore)
Traieciſſe procul. ſeq; exemiſſe periclo.
Atq; aliquis falſam cupiens extendere famam:
Audiriq; volens (mentitus ſcilicet) infit.
Vos o turba/ducem/quid heri loca deuia nactum
Queritis hic hodie? fluet hec queſitio: vobis
Vana. fugit. vidi. laqueos euaſit & iſtos
Mortis. ego domini / & curſoris ſigna notaui.
Finxerat hec mendax. ſed qui mendacia firment
Talia: non deſunt. implere recentibus aures
Vocibus: ē homini ars vano. atq; has paſcere vētis.
Sic multi dixere ducem hunc vidiſſe: reflexo
Qui fugiſſet equo. nec ad horrendiſſima tanti
Fulmina conflictus frontem obiectaſſet honeſte.
Addunt hunc alij Leucham/vel tendere Metim:
Quo bellum renouet mox fortior. atq; repulſam
Vindicet inſignem hanc: armis & fulmine torrens.
Sic diuerſa volant de principe verba: reperto

Hi. i. hostes mortui
Pollinctorib⁹. mortuoꝝ ſepul-
toribus
Arta. expreſſa
Caput. ſcȝ Carolum
Pegaſo. equo volante ſiue ve-
loci
Traieciſſe. effugiſſe
Ducem. Carolum
Nactum. ſequentem
Fugit. pñtis temporis
Curſoris. equi currentis
Tanti conflictus. tanti belli
Quo. i. vt
Repulſam. i. fugam ſuam inſi-
gnem. i. infamem p contrarium
Torrens. i. abundans

Non vſq;. & referunt varie contraria lingue.
Orbum.i.priuatum
Et nouus inde dolor victores angit. & orbum
Valentem.scz Carolum
Vita/turpe timent: quem non timuere valentem
Tot nuper terrere viros.animaq; fruentem.
Tantus erat bello princeps: vt mortuus/hoſti
Ingerat horrorem.ſed dictis acta ſequamur.
Hic.inter mortuos
Dux patet hic nullus. verum generoſa virorum
Corpora multorum ferro confoſſa; minori
Et populo congeſta: necem cumulantur in vnam.
Hic.in hoc belli campo
¶ Hic vero in primis animo generoſus/ & alti
Sanguinis/extinctos inter/calcata iacebat
Hoſtia. victima
Nec bello digna iacere.q: vir pacis erat
Hoſtia vir morti: nec bello digna iacere.
Tingens. q: in prato cecidit
Namq; rubens pratū proprio vir ſanguine tingens:
Cognomen dabat.&c.q: de Rubentiprato cognominabatur
Cognomen dabat ipſe ſuum/ gentemq; domumq;
Vtriq; gēti.i. tā burgundis q̄ Lothoringis
Agnoſci.partiq; ducum percharus vtriq;:
Vulnera pandebat lachrymis ploranda videntum.
Hoc & in hoſte patrem gens Nanceiana/piumq;
Pro duce ſuo.scz Carolo
protectorem habuit: donec prefectus in vrbe
pro duce iura ſuo rexit.fiduſq; Leoni
Genti ſubacte.ciuibus Nanceianis
Rexerat: heu mitis genti; clemenſq; ſubacte.
Siue hunc in bellis hoſtem; aut poſt prelia ciuem
Noueris.o tu Lothoringia
Noueris; egregias de te Lothoringia laudes:
Alternus.i. ſiue hoſtis/ſiue rector/aut prefectus
Et dulces meruit grates alternus habere.

Iuſticie gladium/dum pluſq̃ Martis amaret
Vagina educi: & ſolidam componere pacem
Dum nequit: occiſus/curis requieuit ab altis.
pro duce qui pugnans mortem dum querit amatam — Pro duce. pro Carolo. Pugnans. ipſe dñs de Rubẽpre
Inter tela quidem/ſed confertiſſima/miles
Strenuus: & nitidę querit dum nomina famę:
Nunc ferit hos audax. nunc ſe defendit ab iſtis.
Secq̃ virum oſtendens pluſq̃ vetus exigit etas: — Vetus. etas. q2 ſenex erat
Dum ruit in fortes fortis: tranſfoſſus ab orta
Grandine telorum: gelidis cadit obrutus aruis.
Atq̃ oculis (ſed iam morientibus) ad ducis egras
Intuitus partes: ſigno hunc dimouit ab auſis. — Intuitus. aſpiciens
perſuaſitq̃ fugam nolenti: & forte volenti
Cogere adhuc acies (& ſi hoc non poſſet) abactas. — Abactas. i. diſtractas ſiue diſgregatas
Aſt paulo ante viri lapſum/mortemq̃ ruentis: — Viri. ſcʒ prefecti
Hunc tradunt pleriq̃ duci dixiſſe. Renatus — Duci. Carolo
Vincit. abi princeps. tete aufer Carole morti. — Verba dñi de Beueris ad Carolum.
Hic ſat erit cecidiſſe tuos: qui pondera belli
Nunc gerimus. fuge dum tempus largitur id. Eheu — Id. ſcʒ poſſe fugere
Sors hucuſq̃ tibi ſeruiuit candida. nigrum
Donatura diem hunc: quem nocti iſcribo ſupremę. — Nocti ſupreme. i. morti
Cuncta Renatus habet pro ſe nunc numina. nobis — Numina. i. ſanctos celi
Dormit & Andreas ſpes olim noſtra. bonuſq̃

Infensus.iratus contra nos
Tutor.at infensus nostris nunc abstinet armis:
Insons.innocens
Summouet.retrahit
Et nostris insons culpis pia summouet ora.
Libripens de cuius manu pendet libra
Astrea.iusticia
Rex diuum/& libripens sic vult Astrea.nec equis
Hanc patriam bellis intrauimus. Otius exi
Insignia.vellus aureum.quod duces Burgundi ferunt
(Si potes)hinc.lacerata ferens insignia tecum.
At quia plura loqui re non permittor in ista:
Exequias tibi Dux nostras commendet honesta
Mors mea:si superas post me.Sin occidis vna:
Tam pia de victis hosti sit cura Renato.
Et modo Marte potens:pietate potentior esse
Incipiat.scз Renatus
Meruisse.supple ex Renato
Incipiat.si quid potui meruisse. Valeto.
¶Hactenus egregiam cum respiramine vitam
Clauserat heu miles:titulum cui belua fecit
Dicta Beuer.q̃ dñs de Beueris vulgari vocabulo cognominabatur
Dicta Beuer.Castor ritu dicenda latino.
Vt Lothoringa virum gens hunc agnouit: opertum
Vulneribus sane indignis:tristi ymbre pluentes
Humectant oculos. et longo pectora planctu
Vacat. placet
Concutiunt.seueꝗ vacat maledicere morti.
Fletum.lachrymas
Tum plagis fletum infundunt.miscentꝗ cruori
Implentes oculos lachrymas.& tristia longe
Burgo.scз domino de Beueris
Flumina tristicie Burgo Lothoringia soluit.
Corpus humi stratum postꝗ erexere:Renato
Portatum.corpus
Sistitur.statuitur
Rem mandante piam:portatum/sistitur vrbi.

Atq̈ cruentatis confeſtim exutus is armis:
Fletur item: nullis obliuiſcendus in euum — Item.i.iteꝝ
Ciuibus vrbis. erunt huic/vrbis corda ſepulchrum.
Tum feretro impoſitus: funebri deniq̈ pompa: — Pompa.ſolennitate
Ducitur ad tumuli ſolemnia iura: iubente
principe. quem proceres/& vulgi turba ſequuntur.
¶ Hei mihi q̄ lachrymis redimi nequit obruta fato — Sentencia.
Aut precio vita: aut precibus. Te vīcere que mors — Te vicere que mors poſſet. ꝛc. q.d. nulla q2 ꝛ lachrimis ꝛ precibus noſtris te redimeremus
poſſet eques miſerende: tuis ſemperq̈ gemende
Hoſtibꝰ: Ab lachrymis ſed mors crudelis abhorret. — Sentencia.
A precio. precibuſq̈. vomit nil illa vorago. — Vorago. mors omnia vorans
At licet incaſſum vir fleberis inclyte: Donec — Donec.q̈diu
Nanceiana ſuum retinebunt mēnia nomen:
Dum colet vrſa polum: dum nubes Yris aquoſas: — Vrſa.i.ille Stelle que vulgo plauſtrum nominantur. yris. arcus celeſtis
Defenſor ſemper diceris. honeſtus & hoſtis. — Diceris. in futuro
¶ Vrbs ergo hic victrix/ſortem flet militis. hācq̈ — Sortem. fortunam
Eſſe ducis mallet q̄ ſerui militis: atq̈ — Ducis. ſcʒ Caroli. Q̄ ſerui militis. ſcʒ prefecti
prefecti. Sors vna tamen concuſſit vtrumq̈.
¶ Nempe locum/quem nos Viriletum noīe: ſupra — Inuētū Caroli corpꝰ
Diximus: attigerat forſan muliercula ſcortnm:
Lixa ve: tunc victum fortuna paupere querens. — Lixa ve.i.lotrix
Que non virgineos ibi dum verſaret ocellos:

Concretum.congelatum	Concretum glacie corpus (perterrita) vidit:
Anceps.i.dubia	Non hominis credens primum. Sed reſtitit anceps.
Trunco.i.corpore	Tum videt eſſe hominis/trunco membriſq; decori:
Uligo.craſſus humor	Si pateretur hyems. ſi craſſe vligo lacune.
	Si vulnus tandem/fracti crudeliter oris.
	Sed patuit prodiſſe domo de diuite: fulgens
Gleba.i.maſſa corpis Caroli	Corporis hec gleba. & pre ſe argumenta ferebat
	Excelſi non pauca viri. ſed plurima paſſi.
Palpare.i.palpabat	Inde aliquid ſperans/nudum palpare. nec algor
Prohibere.prohibebat	Hanc prohibere. vide pauper ieiuna quid auſit.
Sero.tarde q: iam ablati erãt.	Hec prede intendens: detractos antea: ſero
Ciclos. Anulos aureos	Queritat in digitis munitos iaſpide ciclos:
Acri.aſpero	Scilicet ex auro. quos dum non inuenit: acri
Proceros vngues. Carolus ex conſuetudine non patiebatur ſibi vngues reſcindi neq; in manibus neq; in pedibus ſed ſemper creſcere permittebat	Lumine: proceros digitorum reſpicit vngues.
	Nec manuum ſatis indicijs confiſa: requirit
Cornu.i.vngue	Signa pedum. ſimili ſed dum veſtigia cornu
	proſpicit armari: dominum cognouit. Et hic eſt:
	Hic (ait) eſt princeps. non auſa hec dicere: noſter.
	Sed quod voce timet: lachrymis hoc dicere largis
Suſtinet.i.audet	Subſtinet. abrupto quid ſit confeſſa capillo.
	Atq; rei tante fieri prenuncia: gaudet:
Tacet.verbo Inquit.i.manifeſtat lachrimis	Triſtaturq; ſimul. Sic quod tacet: omnibus inquit.

Verus vt ancipites rumor(non fabula)ciues
perculit.Ecce ruunt pueri.iuuenesq́;.grauesq́;
Debilitate senes.omnis tum sexus:& etas:
In densos per rura globos.auditaq́; visunt.
Verum/visa oculis hec/vt verissima credant:
Non facile adduci possunt.post omnia victi
Testibus haud emptis.sed casum flentibus istum.
Tum/duce de ceso/referuntur singula/viuo
Visa duci.proprios quo delegante ministros;
Ab gelida graue corpus humo(nec putre)leuatur.
Nuda nec a glacie/diuelli membra tenaci
Ni feruente queunt(admotis ignibus)vnda.
Est nostra/pietas mulierum maior.& illis
Ad lachrimas mole est(sed dura in fronte) cerebrū.
Omnibus o quotiens mortem optauere sinistram
Hostibus:inferne & penas regionis? At ipsum
Vt plereq́; ducem(flentes)videre:capillos
Exuere auratos niueo visuntur amictu.
Bissinaq́; opponunt membris velamina:castos
Que ledunt oculos.et male plaga sinistre
Fletur ab ijs.Lachrymas debet victoria cesis.
¶Extat in vrbe domus ciui priuata:Georgi
Marce tua;vt memorant.Ad quam delatus:amicis

Perculit. attigit siue cōmouit.
Uisunt. vident siue attente respiciunt
Victi.sc3 ciues & alij qui ad videndum venerant
Non emptis. non pecunia corruptis
Casum istum. sc3 Caroli mortē
Viuo duci.sc3 Renato
Nec putre.q: gelidum

Mulierum pietas.
Nostra.in ablatiuo. i. q̄ virorum
Optauere. supple mulieres lothoringe
Ipsum.Carolum
Videre.viderunt
Amictu.capitegio
Membris.supple pudendis ipsius Caroli
Velamina.capitegia
Male.i.maxille ipsius Caroli/in qua magna plaga vulneratus erat
Sentencia.
Cesis.i.ipsis occisis
In vrbe.sc3 Nanceia
Georgi marce. proprium nomē ciuis Nanceiani

Nudus.i.priuatus ſiue carens
ipſe Carolus
Acernum.ex acere arbore
In pluteum.ſupra quandam ta
bulam
Princeps.Renatus
Auorum.ſcȝ tuorum
Laceſſiſti.ipetiſti ſiue inuaſiſti.
Hoſti.mihi Renato ātea hoſti
Angebat.contriſtabat
Principis.Caroli
Ducem.Renatum
Aſpergine.aſperſione
Frictu.a frico.fricas
Verſuqꝫ.a verro verris
Squalor.ſordicies
Liueus.ingreſcens
Vna.ſcȝ plaga
Et ori.ſupple incumbebat

Carolus/& ſpolijs/& vita nudus: acernum
Siſtitur in pluteum extentus.viſuqꝫ tremendus.
¶ At procerum turbis has ſtipatiſſimus ędes
Victor adit princeps.Qui dum te Carole victum
Reſpicit illachrymans: vtinam tibi viuere pace
Compoſita/licuiſſet ait.tellure tuorum
Contentus: poteras dici prediues/auorum.
Non ego te/verum tu me nulla arma volentem:
Marte laceſſiſti: Marte hic oppreſſus.ad iſta
(Sint mihi dij teſtes)proceſſi bella coactus.
Et cerno inuitus/tam crudeliſſima de te
Afferri huc nobis ſpectacula.mitior eſſet
O vtinam mors hec: que ſic deflenda ſit hoſti.
¶ Talia deflentem/mutilata angebat ymago
principis iſta ducem: cum mortua mēbra iubentur
perfundi tepide lauachro/atqꝫ aſpergine limphe.
Diffugit & frictu ſanies.verſuqꝫ cruentus
Squalor.& exanimi liuens a corpore tabes
Omnis abit.patuitqꝫ ducis mox vna perempti
plaga ſub inguinibus.dextra iacet vna ſub aure.
Fauce ſed in leua(quod adhuc crudele relatu eſt)
Vulnus hians late: mento incumbebat.& ori
Antea formoſo.ꝙuis ad bella feroci.

Aſt ope cernentis turbe/cum vulnus hiatum
Clauderet: & ſulcum carnis deponeret: alba
pallebat facies: muto pro principe teſtis.
Et vultus dicebat: adeſt quem queritis hoſtes
O lothoringigene. Sed ſic ſine voce loquentem
Vix efflaſſe animam credunt a pectore ciues
Attoniti. & mors hec ne ſit non vera verentur.

Sulcum. inciſionem

Teſtis. i. teſtificans ip̄m Carolum eſſe
Vultus. facies Caroli
Dicebat. ſine voce

¶ At vero interea plures/quos carcer habebat
poſt ducis interitum vinctos (vt fertur) ad ipſum
Iaſonis heredem adducti: teſtantur eundem
Cognoſcuntqȝ ducem. & fletu atteſtata ſigillant.

Iaſonis heredem. i. Carolum quia ſicut iam ſupra notatum ē burgundie duces ſe ab Iaſone deſcendiſſe ꝛ ab eo vellꝰ aureū ſuſcepiſſe affirmant
Sigillant. confirmant

¶ Venerat inter eos ad te/tibi Carole charus
Frater. & armorum prudens Anthonius: atqȝ
Ocij. at innupte veneris ſub dulcibus ortus
Legibus. hic leges ſi iura vocamus amantum.
Hunc licet amplexus/furtiuiqȝ ardor amoris
progenuiſſet: auis ſimilem/atqȝ per omnia patri
Condierat virtus. nec clari vena philippi
Degenerem potuit laſciua ex matre patrare.
Ipſe igitur viſa fratris nece principis: acri
Qui curſore fugam tentauerat (inde retractus
Abs te dimidium Vaſco ſubeunte duellum)
Iudicium dubio certum de principe fixit.

Ocij. i. pacis
Innupte veneris. i. non in matrimonio ſed extra nuptias

Hunc. Anthonium fratrē tuū
Furtiui. i. non matrimonialis

Auis. progenitoribus

Condierat. ornauerat
Qui. ſcȝ Anthonius
Inde. i. a fuga
Dimidium duellum. cum quidam vaſco. ꝛ quidam alius cum eo ambo de Renati exercitu Anthonium Caroli fratrem in bello Nanceiano captiuum cepiſſent/ꝛ gaſco ſocio ſuo partem prede denegaret/ idem ſociꝰ vaſconem in duellum prouocauit/ ꝙ quidē vaſco p̲te nō cōparente ſolus in loco duelli cōparuit. iō dicit littera Abs te dimidiū ꝛc̄.

Anthonij verba ad Carolum fratrē ſuū mortuum.

Et fratri iniectans oculos. O prime virorum
Quos fulgēs Mauortis honos dudum extulit: vnde

Caſus is.hec moꝛs
Cita.velox/inopinata

Caſus is? vnde cita hec o frater amate ruina?
Frater amate mihi pluſqꝫ mea vita:relinquor

Fata.moꝛtem

Cur tua viſurus crudelia fata? Sepulchrum

Aromata.ſicut in ſepulcrꝭ pꝛincipum fit

Abs te expectabat lachrimas & aromata noſtrū.

Apud te.in terra tua
Exin.i.inde

Et prior hic moreris;nec apud te corruis;exin
Iura ſepulture mendicaturus,humumqꝫ

Agoꝛ˙. agitoꝛ

Qua captiuus agor. Dixit.ſed in oſcula fratris

Singultibus.gemitibus

Occiſi ipſe ruens;fregit ſingultibus auras.
Et lachrymas pro voce dedit;generoſa rigantes

Ducis.Caroli

Membra ducis.fleruntqꝫ omnes fraterna gementem

Iacture,moꝛti fraterne

Damna.& iacture ſoluentem digna recenti.
O qualem(dixere omnes)dux Carole/qualem
Morte reliquiſti nunc fratrem? cuius & vti
Et prodeſſe/tibi licuit virtutibus;atqꝫ
Conſilio.verum/raro tibi creditus olim eſt.

Pꝛobato.experire

Quem tibi dixiſti ſuſpectum ſepe:probato

Moꝛti.in te moꝛtuo
Senſus.cognitio
Creſi.illius regis qui fuit ditiſſimus
Iſto.ſcꝫ fratre tuo
Fratrem.te Carolum
Frater.Anthonius

Si quis ineſt morti ſenſus.contemnere Creſi
Theſauros poteras;theſauro preditus iſto.
Sed fratrem latuit frater.qui verna fidelis
plus cane:pro domino ſemper latrare domoqꝫ:

Rictus.dentes

Nouerat.& vigiles hoſti pretendere rictus.

Nec potes Anthoni (nisi vi maiore virorum)
Fratris ab hic fleto diuelli corpore: donec
Hic ibi. siue in illo loco
Clausum sarcofago/ & cũctorũ a fronte remotũ ẽ.
Remotum ẽ. scz corpus Caroli
Sed pia nunc feretro lacrimosi flumina vultus
Fundit item frater. Consanguinitate coactos
Sentencia
Coactos. coniunctos
Egregia & vera: nullos puto funere solui.
¶ Nec morimur. Latitant ad tẽpus corpora: rursum
pulchra & christiana sentencia.
Se visura. tubecꝫ exauditura supremum
Supremum. i. vltimum scz in magno ⁊ vltimo Judicio
Clangorem. & viuent que mortua fingimus ossa.
¶ postvbi Carolium (dubio nec teste) cadauer
Postvbi. i. postꝗ̃
Cadauer. i. corpus
Inuentum/ ac notum cunctis patet: egra gementis
pectora solatur captiui & fratre carentis
Captiui: vcz Anthonij fratris Caroli
Nanceius princeps. & lenit dulcis amarum.
Lenit. consolatur
Amarum. tristem
postea magnificis actutum/ & rite paratis
Actutum. cito
Exequijs / sumptu ingenti atcꝫ labore: sacrata
Gens preit ad funus. sequiturcꝫ illustre Renatus
Gens sacrata. i. sacerdotes
Illustre corpus. scz Caroli
Totacꝫ nobilitas corpus. compulsacꝫ vulgi
Cõpulsa. i. coacta supple a Renato sequi corpus Caroli ⁊ eiꝰ interesse funeralibus
Turba: trahi retro/ potiuscꝫ pergere visa est.
Nec meliore ducem sectatur amore/ necatum:
Sectatur. supple turba vulgi.
Qꝫ viuum: aut vrbi miscentem bella frequenter.
Quod fluit a multis odium rancoribus: vna
Sentencia
pace/ quis extinguet? lõgos cum ringat in annos
Ringat. sicut canis. i. murmuret
Quilibet ex populo: cui fas sit dicere: Ledor.

¶ Caroli exequie & ſepultura: in
ſacello diui Georgi Nanceiani.



Fortibus. illuſtribus
Edes. templum ſiue ſacellum
Sacrata. conſecrata
Diue Georgi. O beate Georgi.
Reſcindēs. ſcʒ templum illud.
Ducum. ſupple Lothoringie
Requies. ſepultura
Dormire. ſepeliri
Ducem. Carolum
Reclinauere. repoſuerunt

¶ Fortibus eſt ędes Ducibus fundata Lothringis
Nanceij. ſacrata quidem tibi diue Georgi
In templum. non grande ſitu. verum arte decorū.
Contiguumqȝ ducis domui. prolixa viarum
Tedia reſcindens: muro ſecernitur vno.
Hic ſuprema ducum requies. hic lectus. & illis
Eſſe ſepulchra ſolent. ſeqȝ hic dormire cupiſcunt:
Infirme quotiens excedunt limina vite.
Hoc hunc ergo ducem reclinauere ſacello

Tunc geruli proceres. Quem mox ſpelunca recepit
Indignata; velut rem tunc amplexa moleſtam.
Et Burgum Lothoringa ducem mirata; pauores
Heu concepit humus; niſa hoc tūc dicere. Cur non
Dux Diuione iaces? cur non Diuione moraris?
Hoſpita cur nolens fio tibi? noſtra ſit aluus
An violanda? tamen ducibus dux debita noſtris
Hec loca ſi rogitas; ſupplex/non hoſtis habeto.
Me patior pro te ſcindi. vulnus ne ligonis
Hoc mihi debebas moriens; qui vulnera viuus
Noſtra excepiſti. vindex ſic funere fies;
Abſq; cruore. nec (vt pridem) diceris hirudo.
¶ Terra loqui defoſſa/volens; longo oris hiatu
Vocis egens ſiluit. Q̄ ſi tunc forte locuta eſt;
Impediere ſonum vocis tunc verba precantum
Relligioſa patrum. largumq; ob funera murmur.
¶ Nempe ſacerdotum totas vox myſtica nubes
Vi penetrans dulci; celos tunc intrat. & offert
Quicquid opis ſancto depoſtulat ore lupercal.
Introienſq; fores; it confidenter. & almo
Fiſa deo; culpas toto imperat orbe remitti;
Diſtrictum in primis emollitura tribunal.
Hac pius ergo fremit pſallentum clamor in ede

Spelunca. foſſa ſepulchralis
Moleſtam. odio habitam
Diuione. apud quam burgundie duces ſepulchra ſibi ſolent eligere
Noſtris. ſcz ducibus Lothoringie
Noſtra. que fecimus tibi
Funere. in morte
Hyrudo. i. appetens humanū ſanguinē ſicut vermis ille aquaticus qui alio noīe ſanguiſuga nuncupatur
Patrum. ſacerdotum
Vox. orō/miſtica/ miſterij plēa
Lupercal. i. ſacerdos. eſt tamē lupcal ſacerdos panis paſtorū dei qui hic pro quolibet ſacerdote accipitur
Introienſq;. vox ſacerdotum
Fores. ſupple celorum
Toto. in toto
Tribunal. ſcz criſti iudicis

Suſurrat. ſummiſſa voce preces fundit

plena hominũ. ſurdo ſed apum pars more ſuſurrat.
Flentq̧ faces. cera lachrymas imitante. liquorq̧
Defluit in tumulum; querentibus ardua flammis.

Pyramidum. pyramides ſunt turres ſiue edificia a lato i acutum ſurſum creſcẽtia cuiuſmõi ſunt campanilia
Era. i. campane vulgariter

Altaq̧ pyramidum tinnitibus era ſonoris;
Verba loqui credas. Et dicere; parce deorum
Rex pie. parce duci miſerans. Nam ſi qua Renato
Carolus inflixit: veniam dat ſponte Renatus.
❡ Spõte Renatus enim clemens; ad funera tanti
principis/adijciam(dixit)nec durus omittam
Solemnem poſthac tumulum. nec deerit honeſta

Heroi. ſcʒ Carolo
Martis amica. tanq̄ principis in vita ſua bellicoſiſſimi
Hec. effigies

Magnifico effigies Heroi. & Martis amica.
Litis erit teſtis noſtre hec eterna. reiq̧
Huius/apud noſtram volumus monumenta manere

Iugia monumenta. perpetuam memoriam

Iugia Nanceium. & ſeclo miranda futuro.
Nec mea poſteritas mirari deſinet vnq̧:

Huc. apud Nanceium
Colcho ſpreta. i. illa inſula relicta in qua Iaſon auxilio medee aureum vellus rapuit
Phaſide. illo fluuio iuxta inſulam Colchon
Iaſonie. i. quã Iaſon rapuerat apud colchon
Cetus. ſacerdotum

Qualiter huc/ Colcho ſpreta/cũ phaſide/quondam
Aurea Iaſonie migrarint vellera prede.
❡ Verba Renatus ad hec vocem ſuppreſſit. & aris
Iam ſacer obtulerat cetus pia munera; ritu
Sacrifico. pompe funebris vt ergo reſumpſit
Turba domos; rerum decus hic diſſoluitur omne.

Sentencia

❡ Sic ducis hic funus finem capit. Omnia tandem
Inueniunt finem/citius ſeu tardius. atq̧

perpetuum nihil eſt: fieri quod tempore cepit.
¶ Victor at ingratus neu ſit tibi/ſumme deorum/
Criſte/tue matris/poſt partum virginis: hoſtes
A tellure ſua recutitos/ſummouet omnes.
Nec cuiqꝫ iſtorum iuſti corrumpere ſanctum̃
principis edictum/turpi conceditur auro.
Nec mouere ducem/ventura tributa quotannis/
A gente infida. cui mos vetus: orta voracis
Vſure lucris eſt creſcere fenera velle.
Aſt animaduerſum eſt rite ac prudenter/in iſtos
Exilio tantum: non manſuetudine dignos
Mortis. eant. errent. aliiſqꝫ vagentur in oris:
Sit ſtationis egens: per feſſe tedia vite
Fex hominum gens hec: hinc atqꝫ hinc pulſa: negati
Tempora poſt regis proprii: falſiſqꝫ repulſi
Opprobriis: noſtraqꝫ dei ſub carne latentis.
Sacrilegam mendax procul hinc Iudea Matheſim
Conſulat. & geneſes hominum/fatalibus aſtris
Obſtrictas/vt ait. libertatemqꝫ ſuſurret
Arbitrii nullam. fugiens vomat ebria virus
Quo furit. & ſibimet diuinas arroget artes.
Eiicit hebreos igitur Lorhoringia. nullos
Tunc retinens. niſi qui ſacro ſe fonte Renatos

Victor. ſcz Renatus

Hoſtes tue matris. ſcz Iudeos qui tunc adhuc in lothoringia erant in multis locis
Recutitos. circunciſos
Summouet. effugat
Iſtorum. iudeorum

Orta fenera: infamia lucra incepta

Animaduerſum. in vindictã proceſſum

Non dignos mãſuetudine mortis. ſupple vt maiora patiantur

Fex hominum. Infamis natio poſt interemptum criſtum

Sacrilegam. damnabilem
Matheſim. i. mathematicam ſiue aſtrologiã aut diuinãdi ſiue pgnoſticandi artem
Geneſes. Natiuitates
Obſtrictas. i. alligatas ſiue ſubiectas
Vt ait. ſupple gens iudaica
Suſurret. falſo loquatur
Fugiens. a Lothoringia
Ebria. inſana
Arroget. aſcribat

Confeſtim efficiunt.ritu ſed forte lupino:

Vulpinove.i.fraudulentꝰ
Rati.putantes

Vulpinove.rati ſic flammas poſſe/vel ign

Helueticos fugere.& vim declinare paratam.

Iudaico fenore. iudeorꝫ vſura quam in xp̄ianos exercent
Blaſphemus. iniurioſus
In illam.ſcz Mariam

Sic ab Iudaico patriam dux fenore purgat:

Et populo.qm̄ blaſſemus viuit/in illam

Ducit. precedit ſiue anteit

Que/vexilla ducis bello victricia ducit:

Ore ſalutata/& mox fecundata/ſuperni

Legati.ſcz Gabrielis archāgeli

Legati affatu:quiddam celeſte gerentis.

Nolo(Renatus ait)Iudeos.nolo Renatus

Damnoſum genus hoc gliris/corrodere terrā hanc:

Inabſorptum. integrum

Si quid inabſorptum/poſt ſe nunc bella relinquūt.

Exangues.naturalr̄ pallidos

Exangues igitur vultu:dux reijcit: horrens

Sabbata. moſaycam legem
Mentitos. dicēdo ſupple Iheſum de germine.ꝛc̃.

Sabbata: mentitoſq̃ Ioſeph de germine Iheſum

Verbigenam:regemq̃ cruci hunc crudeliter auſos

Figere:nec veritos ruffam proferre canino

Latratu:ſua per deliramenta/Mariam.

Ad cuius.ſcz Marie

Ad cuius decus/hec numq̃ reuocabilis huius

Fuge.i. exilij iudeorum

Eſt cenſura fuge. vel retractabilis vnq̃

Vindicis iſta ducis ſentencia publica.quam mox

Icta.pcuſſa ſiue commota
Mandat. demandat

Icta furore pio:mandat gens Heluetа fini.

¶Ergo ſoluta duci poſt funera:poſtq̃ Leonis

Magnanimi exequias celebres. En noſter honeſtum

Dat liber hic finem.finem nec amica negabit

Clyo. Ego nunc nostre nunc indulgebo quieti
Fessus. & in dulci figam vestigia portu.
¶ Nec plāctū/aut lachrymas/ vacui nec iura feretri:
Que domino in patriam Senones soluere/reuersi:
(Si fuga quos iuuit): nec curas gentis amaras
Hic loquar illius. aut que mensura minarum
Hactenus. haud vltra fari permittimur. ingens
Nam rerum cumulus quo plus turgeret: amati
Finis/ab āplexu/PLVS DETVRBARER āhelus.



Yerijs tandem musis (Helicona relinquens:
Et fontem: & vatum lauros) hic aio valete.
Tergaq3 do. vatis nec nomine mulceor. illud
Respuo. nam titulum hunc/dat fontis vena profani.
Viuus aque fons est Cristus deus. hoc ego lotus:
Sacrum Cristicolę nomen mihi glorior addi.
¶ persuasit sed enim mihi (me clamante recuso)
Attentare opus hoc/Clyo parnasia. que tunc
Rem mihi non facilē hāc scriptu (sic orsa) reliquit.
.I. pluteo incumbe. & penna in sublime volanti
Scripturus: celo ducis effer gesta Renati.
Incubui. atq3 ducis mea fortibus ocia gestis
Equaui. q̄q3 leso damnandus ab omni.

Clyo. musa/ que hystoriaꝝ scriptoribus preesse dicitur
Indulgebo. locum dabo

Uacui. supple corpe Caroli.
Iura. exequias

Hic. in hac hystoria

Turgeret. cresceret

Plus deturbarer. ex lr̄is harū duarum dictionum transpositis fit nomen autoris cū cognomēto ei⁹. vcz. Petrus de Blarru.
Anhelus. fessus ego autor
Pyerijs. a pyero eaꝝ p̄re/ vel a pyerijs virginibus quas eloquendi certamine deuicerunt
Helycona. illum montē in quo muse habitare dicuntur
Fontem: supple musarum in helicone monte existentem
Lauros. coronas laureas
Aio. dico supple vobis musis
Mulceor. delector
Vena. i. origo
Profani. i. paganici

Parnasia. in p̄naso monte residens.

Pluteo. tabule vel pulpito

Hystoricos. hystoricoꝝ opera/ siue hystorias ab eis scriptas.
Equus. iustus
Que nos offendunt. que nobis non placent
Iuratos. i. quibus sint iurati
Cum iudice. supple suspecto
Nanceidi. huic hystorie nostre
Cōijcis. iuste suspicaris

¶ Nullus em̄ hystoricos iudex legit equus: ob arma
Suspectus. Que nos offendunt vera negamus.
Iuratos igitur testes cum iudice musa
Spernito. Nanceidi quos nostre conijcis hostes.

¶ Finit feliciter Egregium ac insigne Nanceidos opus petri de Blarroriuo parhisiani de bello Nanceiano. Impressum in celebri Lothoringie pago diui Nicolai de portu per petrū iacobi pbrm̄/loci paganū. Anno Cristiāe incarnatiōis M. D. XVIII. Nonas Ianuar̄. quo die ip̄m quoqꝫ bellū Nanceianū pactū est / āno eiusdem Incarnationis. M. CCCC. LXXVI.

¶ Iohannis Basini tetrastichon.

¶ Qui Nicolae tuo retinet de nomine nomē /
Nobilis hoc pagus nobile pressit opus.
Composuit petrus. petrus perarauit & illud.
Celos ille tenet. viuat hic iste diu.



¶ Petri de Blarroriuo parhisiani Epitaphium/ a Mathia Rithmāno philesio Vogesigena.

CVi clara indiderat Blarrus cognomina riuus:
Caute sub hac gelida petre diserte iaces.
Smirnei sortem vatis perpessus acerbam:
Vixisti gemini luminis orbus ope.
Nota tibi duplicis fuerant enigmata iuris.
Tradideratq; artes magnus Apollo suas.
Schōmate Milleno salibus quoq; labra fluebant.
promebas gratis seria mixta iocis.
Et fera magnanimi cecinisti bella Renati.
Ipsaq; Burgundi colla subacta ducis.
Conditur hic corpus: mens celica regna petiuit.
Et viuet nomen tempus in omne tuum.

¶ Aliud a Laurentio pillardo Deodateñ. Canonico:

DIra Sophocleo cecinit qui bella cothurno:
Bella Renatea fortiter acta manu.
Atropos in capulum deciso stamine misit.
Flebilis & petra petrus opertus adest.
Ingens o damnum: Vogesi iam gloria montis:
Virtutum cultor maximus/astra tenet.
Frigida dum vastum fulgebit luna per orbem:
Haud tua perpetuis mentibus ora cadent.
Nescia mors equi/curua sic falce redemptos
Aggreditur. sic nos & sine lege vorat.

¶ Aliud. cuius prior versus ab ipso petro editus: natalem eius diem/ mensem/ atq; annum/ per numerales litteras insinuat. Secūdus vero: a Io. Basino: diē/mensem/atq; annū/obitus eiusdem petri/ per numerales quoq; litteras explicat.

¶ NatVs In aprILI LVX terCIa CVM fVIt ILLI:
¶ CLeMentIs festo hIC petre InCIpIs esse sepVLChro.

¶ petri de Blarroriuo: auicularum in caueis captiuarum Elegia. quarum dum viueret amator nonnunquam fuit/ & libens alitor.

MEllifluo volucrum gaudet quicunque susurro:
Hic vigili nostrum sorbeat ore melos.
Ramosas Dryadum siluas errauimus olim.
Et toto nobis ethere cursus erat.
Sed visco/ & laqueis ars nos humana fefellit.
Et modo libertas carcere clausa graui est.
Tristia captiuo solamur tedia cantu.
Et vobis nostro est leta canore dies.
Forsitan & gemimus dum nos cantare putatis.
Nec miseret nostri vos aliquando mali.
Cantantem audiuit mors Orphea. vicit & illam.
Flebundo infernas mouit & ore deas.
Sed surdas hominum frustra clamamus ad aures.
Nulla piam redimit musica vocis auem.
Vana diu nobis spes heu promisit hiantem
Carceris an fractum: qua raperemus iter.
Ferrea sed celeres turris circunuenit alas.
Rima peroptatę nec patet ampla fugę.
Vobiscum nobis moriendum est. Ergo precamur.
Grana famem vincant. vincat & vnda sitim.

¶ Finis.

¶ Autoris distichon/de initialibus litteris/
priorum operis sui bis septem versuum.

Bis septem frontes de versibus accipe primis
Nanceidos notus carminis autor erit.

¶ Iohannis Basini Sendacurij/
adiectum distichon.

Canonicusque tui sacrate Deodate templi:
Hoc curua in Vogesi valle poema dedit.

¶ Eiusdem Io. Basini primi Nanceidos libri
Argumentū/Cuius aliorū quoque librorū
Argumēta/ipsis singulis sunt premissa.

LAudatur tellus libro Lothoringa priore.
Carolus hanc cernens cupit: exoptatque placentē.
Nouesium obsidione premit. dirumpitur ictum
Inter eum fedus iamdudum: interque Renatum.
Ergo ira incandens. minitans ac dira Lothringis:
Nouesium linquens: sese precingit ad arma:
In patriam vertenda tuam: gentēque Renate.
Aduolat ecce igitur. Et te ponsmonsio primum
Occupat. attonitę vrbes quo trepidę ve timore:
Tum reliquę: sese dedunt. tunc oppida sese.
Ruraque. Tum & sese Chermę crudeliter vstę.
Spinalū hinc. patrię hinc sese caput addidit ipsum:
Nanceium. Cuius Lothoringa victor in aula
Carolus/hinc pompans: noua se hinc ad prelia transfert.

¶ RENATVS. LOTHORINGIAE DVX.





